






Adam Bocheński

Prawo dawniejsze polskie

Lwów 1840 – 1841.

(Dopiski z 1876 r.)



Rękopisy

z daru p. Bochenskiej
w roku 1938

Kor. 2

22. B 12c Dr Piętak Leonard

Prawo spadkowe rzymskie

Tom I. str. 387. T. II str. 218

Lwów. 1882.-88

8vo

Prawo. 6093.

Nro 1

[illegible]ławniejsze Polskiej


Zeszyt pierwszy

Adam Bocheński

1840

Die neue Liebende ~~[illegible]~~

Den Weidenkranz trag' ich seit er mich [illegible]
Singt, Weide, grüne Weide!
Wohl [illegible], [illegible] nur [illegible] vom Liebenden [illegible]
Singt, Weide, Weide, Weide!
Othello [illegible]



d

(Wstęp) Introductio in jus antiquum polonum

Momentum studii juris polonum

Post revindicationem regnorum Galiciae et Lodomeriae litteris patentibus de die 2a Aprilis 1775 dictum fuit, quod leges patriae eatenus, donec novus codex in lucem prodierit, in vigore permanere debeant. Ast per codicem civ. universalem 1811 promulgatum, omnes objecta hujus codicis concernentes leges et consuetudines sunt abrogatae. Tamen § 5 hujus codicis enuntiat quod leges retro non agant. Itaque sancitum est ut hicce codex respiciendo ad diem quo vim obligatoriam obtinuit [1a Januarii 1812] ad actus praecedentes et jura prius acquisita, non sit referendus, nullo discrimine an hi actus in negotiis juridicis bilateralibus, an in ejusmodi voluntatis declarationibus consistant, quae a declarante propria authoritate immutari, et praeceptis hujus codicis conformari possunt. Perinde nostris quoque temporibus juris polonici studium maximi momenti est pro Galicianis: partim ideo, quia in terris Galliciae ad casus ante promulgationem hujus codicis exortos applicabile est; partim: quia absque cognitione legum antiquorum Poloniae, documenta antiqua persaepe occurrentia nec intelligere possumus, ut taceam de momento historico, quod nempe cuilibet genti ~~maximum~~ est sanctissimum, respicere scilicet quomodo legislatio ejus fuerit exculta. —

Historia juris Poloniae

Teste Naruszewicz [: Tom II p. § 87] Regnum Galiciae Lodomeriae versus orientem a Chrobatis magnis, et versus occidentem a Chrobatis rubris occupatum fuit, et proinde antiquitus Chrobatia magna et rubra nominabatur. Denique serius haec terra per partem russicam et polonicam dividebatur; parti russicae imperabat progenies Vladimiri Magni, qui regno inter se diviso, principatus Halicz, Wlodzimirz, Przemysl, Belz, Trembowla, et Dzwinogrod constituebat, pars altera ad Poloniam minorem pertinebat. —

Si

Si ad posteriorem divisionem in Palatinatus respici-
mus: tunc Circuli Wadowice, Bochnia Sandec Nato, pro
parte ad palatinatum Cracoviensem — circuli Tarnow
Rzeszow, pro parte ad palatinatum Sandomiriensem —
circuli vero Zolkiewiensis pars septentrionalis, ad pala-
tinatum Belzensem, Pars orientalis circuli Jaslo
et Rzeszow, porro Sanok Przemysl, Leopolis, Zloczow, Sam-
bor, Stryi, Kolomea, Brzezany, uti & pars Zolkiew
et Tarnopol palatinatum Russiæ efficiebant. Altera
pars circuli Tarnopoliensis ad Palatinatum Volhyniæ
et circulus Czortkow: ad Palatinatum Podoliæ (: Vide
Geschichtliche Darstellung der Entstehung und Erwerb-
[illegible] in den Königreichen Galizien und Lodomerien
[illegible] [illegible] [illegible] mit Österreich [illegible]
[illegible] Ernst [illegible] b. Verlag Jacob Mayr Wien 1835 :)
Priusquam ipsum jus Poloniæ exponemus, primum
nobis de legislativa ~~potestate~~ ipsius memoranda nonnulla veniunt.
Hoc sub respectu tres distinguemus Epochas —
I^a exorditur ab antiquissimis Poloniæ ducum temporibus et ter-
minatur imperio Casimiri magni 1347.
II a Casimiro M: ad Casimirum IV 1648 quo tempore pro-
ximus flebile, liberum invaluit veto.
III a 1648 usque ad interitum reipublicæ et reindicatio-
nem Galiciæ 1772. —

I Epocha

Certum constat antiquissimos Poloniæ principes, inde
a Mieczislao I. usque ad Casimirum M: rempublicam
suo arbitrio moderasse ~~fuisse~~. Ipsi habebant, jus belli
& pacis, ipsi nobilium insurrectionem convocabant & exer-
citui duces praefigebant. Leges ex ipsorum libera volun-
tate, oriebantur, totius regni reditus ad ipsos spectar-
bant, omnesque officiales ad exigenda tributa, ad bona regia
administranda, ad lites dirimendas & puniendа delicta,
ab ipsis solis nominabantur, imo de imperio soli ad
libitum disposuerunt regi Mieczislaus regimen filiis
suis dividendum post mortem relinquit. Ladislaus I.

Ladislaus I Hermanus ipse regnum suum divisit inter filios suos Boleslaum III Krzywousty pudicum & Zbigneum. Item Boleslaus pudicus (: Krzywousty:) regimen divisit inter 4 filios minimum natu excludens (Casimir II) si quando nobilitas ad talem divisionem convocata fuerit, hoc non ideo factum est, ut eorum consensus perciperetur, sed solummodo ad voluntatem principis ipsius communicandam, eosve ad obtemperantiam adversus successores invitandum. Sed etiam consilio virorum illustrium, locupletum, scribendi gnarorum ideo, ut melius de omnibus causis et circumstantiis informentur, nequaquam ~~vero~~ voluntas regis limitata sicut mandati executio regii impedita fuit.

VI. Epocha

Casimirus M: 1347 ad Visliciam, cum Episcopis Palatinis, Castellanis officialibus et dignitariis omnium terrarum conventum celebravit, ut in emendandis antiquis legibus eorum consilio uti posset. Hoc autem non ita intelligendum est, ac si Casimirus M: potestatem legislativam simul cum ordinibus habuisset, tunc enim illa authoritas a solo rege exercebatur, neque cum ordinibus communicari poterat; qui nondum existebant. Plane aliud est: consulere aliquem antequam decerneret, & decernere una cum aliis, ita ut decerni nequeat si illi alii consentire nollent.

Casimirus M: in praefatione statuti sui dicit: Nos una cum praelatis, baronibus, caeterisve nobilibus & subditis nostris animadvertentes, quod juxta temporum antiquitatem, in terris ditioni nostrae subjectis, causae plerumque in judiciis non uniformiter, sed secundum animorum & sensuum diversitatem, et etiam excrescente malitia & improbitate variae ventilantur, ex qua varietate actiones seu causae nonnunquam post multiplices vexationes, altercationes & contentiones remanent indecisae, & quodammodo indecisae quapropter Nos ad perfectius commodum et utilitatem subditorum decernimus; volentes varietatem

varietatem dictorum judiciorum seu causarum deci-
dere & evellere; quod deinceps perpetuis temporibus, hoc
eadem statuta & constitutiones habeantur, exerceantur,
& observentur per omnes & singulos judices, offitiales,
& eorum ministros, reliquos nostros subditos et
terrarum nostrarum inhabitatores, ne quisquam au-
deat, quovis modo temerarie contravenire, sub gravi
nostrae indignationis poena.)
Rex itaq proceres quidem consulebat, sed nulla p[ro]ter leges con-
sulendi erat necessitas, ideo eos adhibebat ut edocerentur,
quid deceret principes, manente ejus decernendi libertate.
Sic Casimirus M. 1330) quum proceres consoluerit, silend
renuntiavit, et anno 1346 pacem cum ordine Teutonico, pro-
cerum silibus n[on] consentientibus iniit. sic Vlad: Jagello frustra
praelatis, & baronibus improbantibus Podoliam, Cracoviensi
Palatino Melsztinio lege beneficiaria contulit, idem quoq
proceribus inscius foedus cum Sigismundo Caesare 1411 iniit
Idem dicendum de dignitariis & pontificialibus qui
minores dignitates, & munera gerebant, si quoq cum
proceribus in consilium adhibiti fuerint, tamen re-
ges ad ea, quae vel omnes v[el] plures censuissent, ita adstri-
cti fuere, ut non potuerint ab iis discedere.
Subsequis temporibus autem factum, ut regum authoritas
diminuta esset, cujus origo a Ludovico repeti debet. Ne-
pos scil. Casimiri M. (fuit ex sol sorore illius Elisabetha
et Carolo Hungariae rege) cum in successione posteris mas-
culis ex stirpe Piasti ducibus Silesiae et Moraviae praela-
tus fuisset, ut sibi voluntatem populi conciliasset, plura
de potestate sua remisit, quae autem hic memorasse haud
juvat. Auctis populi juribus sub stirpe Jagellonicam, ad
quam regnum per Hedvigam profati Ludovici filium
transiit, adhuc diminuebatur regia potestas. Primus Vlad:
Jagello 1404 nobiles in oppidum Korczyn convocavit, ut
ad redimendam terram Dobrzynensem, in tributum con-
sentirent, cum illud rex propria auctoritate impetra-
re n[on] potuisset, quia immunitas exactionis tributorum a Ludo-
vico concessa fuit. Tum primi conventus minores a nobi-

Obiudrostkus per.

a nobilibus, in cujus palatinatus, loco praecipuo habili est, quare in hisce congregationibus per pluralitatem decisa fuerint, per nuntios comitiis korczyn communicabantur. Ibique praelatorum, baronum, & nuntiorum consensu, hoc tributum decretum fuit, nunive vero per hanc spontaneam tributi collectionem effectum est, ut in posterum, tributa, tanquam pami debita exigerentur. Anno 1413, jam certus locus ad comitia celebranda electus fuit, nempe aut urbs Lublin, aut Piotrkow.
Major adhuc potestas nobilibus excrevit, cum rex Casimirus III 1454 in Cap: 37 statuti sui, dicens quod nullas novas constitutiones promulgabit absque conventione communi, in singulis terris instituenda. Idem Casimirus III 1468, minoris majorisve Poloniae nobilitatem convocando, quamquam ab ipsis in suo, conventum tributum posceris, hoc tullit responsum: non posse tributum decerni, nisi in comitiis utriusve Poloniae nobilibus praesentibus. Tum bini ex singulis terris ad comitia Petrikoviensia mittebantur nuntii, a quibus novum tributum decretum fuit, & constat ex hoc tempore nobilitatem per duos nuntios comitia quaevis frequentasse & non tantum decernendis tributis, sed etiam quibusvis aliis negotiis adhibita fuisse, ea quidem potestate, ut nihil sine ejus consensu decerni potuerit. Ordo in Polonia erat triplex: Rex ordo senatorius et equestris. Comitia erant ordinaria & extraordinaria, & priora erant generalia & particularia. Particularia quae in singulis palatinatibus celebrabantur. Comitia ordinaria quae certo tempore celebrabantur, si omnes ordines congregati fuere, comitia generalia nominabantur; Comitia relationis, in quibus nuntii dominum reversi de conclusis generalium relationem faciebant. Comitia extraordinaria erant ex causa coronationis, aut electionis celebrata. Joannes Albertus, Casimiri III filius et successor, communi, & diuturna consultatione praemissa, cum praelatis, baronibus, nobilibus, terrarumque nuntiis ac subditis universis suis spiritualibus ac saecularibus, in conventione generali Petrikoviensi 1496 existentibus, corpusve Poloniae polonici, cum plena facultate absentium

absentium repraesentantibus, supra recensitas statuta Casimiri III confirmavit. —
Paulo post Alexander in comitiis Radomiensibus 1505, confirmavit istud privilegium sequentibus verbis: "Quoniam jura "communia, & constitutiones politicae, non unum, sed commu"nem populum afficiunt, itaque in hac Radomiensi conven"tione, cum universis regni nostri praelatis, consiliariis "baronibus, & nuntiis terrarum consentimus ac statui"mus, ut deinceps futuris temporibus perpetuis, nihil "novi constitui debeat, per nos, successoresve nostros, "sine communi consiliorum & nuntiorum terrestrium "consensu, quod fieret in praejudicium, gravamenque reipub"licae damnum, atque incommodum cujuslibet privati, ad "invocationem juris communis & publicae libertatis."
Hoc statutum Sigismundus I repetiit & ab eo inde tempore 1538 comitia regulariter celebrata fuerant, ita quidem, ut jam regnante Sigismundo, 30 annorum spatio, 28 comitia locum habuerant. —
Pacta conventa, id est, conventiones inter regem electum & ordines primum concludebantur post Sigismundi Augusti obitum, cum certa conditiones, quibus Henricus de Valois regnum adiret, inter ejus legatos & ordines conditue rentur. Ex illo tempore, pacta conventa, quoties novus rex electus fuerat, inibantur. —

III Epocha

Quamquam tunc temporis ordinis equestris jam tum magna fuerat authoritas, tamen non eo evaserat, ut unius nuntii contradictione sua consultationes aliorum interpellare & tota comitia evertere potuisset. Hoc demum sub Joanne Casimiro obtinuit, & hic seditionibus in Polonia & Borussia orlis, anno 1652 comitia convocavit, quae a quodam nostro Siercyński, Upitenis terrae in Lithuania nuntio, reliquis opinionibus contradicente, omnino irrita reddebantur.
Hoc tunc temporis insolitum & plane novum fuisse inde patet, quia non tantum omnium adversitas animos, sed ordines etiam & divi deruerunt, ut prodirent precati.
Nihilominus ab eo inde tempore, hac in uno nuntio reri dexi

nuntio resident authoritas, seu jus vetandi, quod vox activa & libera appellabatur, invaluit. Habet haec intercessio tantam vim, ut non solum conciliorum cursum abrumpat, verum etiam ea, quae jam conclusa fuere, irrita reddat, ut aliquot hebdomadum labor uno momento pereat. Haec est causa, ob quam tot comitia frustranea erant, quia difficile est in tanto consulentium coetu, omnes ad unam flectere sententiam, ut nequidam unus ob suum commodum, vel alia ex ratione in diversa feratur. Unde temporis opportunitas saepe negligitur, & malis publicis aut plane nullum, vel saltem serius adhibetur remedium, et revera dici solet, quod haec una ex praecipuis causis interitus reipublicae Poloniae fuerat. Sic regnante Casimiro comitia anno 1652, 1655, 1666, & 1668 rupta fuere. Historia testatur, quod judex kioviensis Olizar, pro exigua summa 600 fl. eo perductus, ut comitia 1669 irrita redderent. Sub imperio Michaelis Korybut Wisniowiecki 4 comitia interibantur. Sub Joanne III. 6, simili modo dissoluta fuere. Comitia 1683, solummodo ideo successum habuerunt, quia nuntius quidam, quem Galli corruperat, ut comitia irritet, vino oneratus in comitiis obdormiret, et demum post factam conclusionem expergefactus est. Comitia convocationis 1696 nuntius Czernichowiensis Horodyjski, 600 thalaris corruptus, interpellavit; & sub binis Augustis non minus quam 30 comitia irrita reddita fuere.

Unicum remedium adversus irritationem comitiorum inveniebatur, in limitatione comitiorum, & in confoederationibus. Limitatio in eo consistebat, quod imminente quadam ruptione, ulteriores pertractationes in sequentia comitia differrebantur, & et ea, quae in praesentibus comitiis jam conclusa fuere, pro firmis & validis declarabantur; quod vix obtinuit in comitiis Varsoviae habitis 1712. Sed 1726 omnis limitatio in posterum est sublata. – Cum res & reipublica, in magno discrimine versantur, quod ordines in comitiis amoliri nequeant, vel quia comitia, vel quia comitia haberi impediuntur, vel comitiis frustraneis futa

rari-

ū melior speratur fructus, uti esset, tum eorum, scripto foedere, pro regis, & reipublicae salute, animos & vires jungunt, hoiam conventiones, confoederationes dicuntur. Ejusmodi foedera fuisse Tyszkoviense 1655, initum, quum Casimirus Ioannes a Carolo Gustavo rege Sueciae fuerit expulsus. Golębiense sub rege Michaële, quum respublica in bello adversus turcas in summo periculo versaretur. Sandomiriense imperante Augusto II. quum iterum bellum adversus Sueciam flagravit. Tarnogrodecense 1715. cum bellum adversus Sueciam ū fuit terminatum, simulque cohortes auxiliariae saxonicae in regni territorium erant receptae denique: Varsoviense 1733 electo Augusto III.
A confoederationibus hisce bene distinguendae sunt, consolationes, rokosz quae sunt foedera a Nobilibus contra regem, & Senatum seditioso quodam modo inita, qualia etiam in saepius locum habuere e.g. regnante Sigismundo I 1536. Quia vero in confoederatione ū solum consiliis verum & armis, res agitata fuit, mirum ū e, factum saepe accidisse, quae tum bonum tempore fieri soleat: caedes, populationes, spoliationes, aliaque quae belli jus excusat. Ideo lege quae 1716, confoederationes Tarnogrodecenses sustulit, vetitum fuit, etiam in posterum inire confoederationem, quod tamen ita intelligendum esse si semper saluti publicae ordinario modo cura ri potuit, jubente autem necessitate uti jam audivimus anno 1733 confoederatio Varsoviensis denuo contracta fuit.
Quum respublica, p omnes istas turbas, quae ex usu liberae intercessionis oriebantur admodum labefactata fuisset, tamen 1718. usus vocis liberae in comitiis conventibus & ceteris congressibus publicis in perpetuum denuo confirmabatur, quod idem in comitiis sub 1768 sub Augusto Stanislao obtinuit. – Deplorabilis admodum fuit, tunc reipublicae Poloniae status, quaris fere comitia rumpebantur, inde provenit: qd legislatorea potestas penitus languescebat, atque inefficax manebat. Illa quidem negotia, quae extra tempus comitiorum in-
cidebant

incidebant, rex cum senatoribus suis in consilio, responde-
re valebat. Att in tali consilio, nil de iis constitui potuit
quae omnium ordinum consensum requirebant, haec enim
comitiis servabantur, quo pertinent omnia ea, quibus
respublica ad novum quid obliganda, aut id quod olim pla-
cuit immutandum fuit. In illis senatus consiliis ergo
in quibus pluralitas votorum obtinuit nonnisi mina-
ris momenti negotia decerni potuerunt.
Praeterea adhuc Polonia internis discordiis dilacerabatur:
Proceres regni, in praediis suis satellitum cohortes tene-
bant, quarum plures 4 aut 6 millia hominum numera-
bant. Lites inter nobiles orta, non in judiciis, sed vi armorum
decidebantur. Exercitus coronae viribus destitutus, hisce
cohortibus seditiosis vix resistere potuerat. Leges ineffi-
caces manebant; nobiles infirmiores, et rustici a poten-
tioribus opprimebantur, atque illi proceres ad conven-
tus provinciales, cum militibus et tormentis se conferre-
bant, tales nuntios electuri, qui comitia quam citissime
rumperent, et antiquam discordiam sustinerent. Regnan-
te Stanislao Augusto anno 1773 constitutio Poloniae, ali-
quantum immutata fuit, ubi consilium perpetuum erigebatur.
Componebatur a rege ipso tanquam primus praeside 3 Episcopis,
et Senatoribus, 4 ministris, marechallo, et 18 consiliariis ex statu
equestri, instigatoribus, secretario consilii, et secretariis aliis vel
scribis cancellariae. Huic consilio perpetuo nequaquam po-
testas competebat, sed ea semper penes comitia versabatur, in
quibus, ut antea, liberum veto valorem habuit.
Die 6a 8bris 788 comitia congregabantur, republica in summo
periculo versante et imminente timore, ne ista comitia etiam
dirumperentur, die 7a 8bris 788, confoederatio fuit contracta,
in qua comes Stanislaus Malachowski: et princeps Casimirus
Sapieha, marechalli Lithuaniae et Poloniae nominabantur.
Ista confoederatio 14 Xbris 788 iterum prorogabatur, exi-
gente id summa necessitate.
Mediante concluso de die 18 Januarii 789 consilium per-
petuum fuit sublatum, et 7a 9bris ejusdem anni specialis
comissio delegati ad elaborandam novam regiminis con-
stitutionem; die 7a Xbris 789 a Kamienicensi, Krasinski

Krasinski 8to puncta principalia, nova legis fundamentalis proposuerunt, quae in sessione comitiorum 13 xbris approbata fuerunt. Deniq post paucas consultationes noctturnas die 3a Maji 1791 nova constitutio praelegebatur, et unanimi fere consensu accipiebatur. Rex ipso immediate sub solio juramentum praestitit, et eodem die omnia membra comitiorum, proceres regni, & cives Metropolis in ecclesia jusjurandum devoverunt. Secundum arti V. hujus constitutionis potesta legislativa penes comitia remanebat, sed liberum veto omnino fuit abolitum, & pluralitas votorum decidebat. Sed ista quaeq constitutio per seditionem Targovicensem evertebatur, & in comitiis Grodnensibus antiqua denuo fuit introducta, quae demum cum ipsa republica interiit. —

Expositio ipsarum legum polonicarum

Quia autem diversae constitutiones in diversis regni provinciis vigebant, prius aliquid de hisce provinciis, et de regni divisione praemittendum ē. —

Regnum Poloniae saepe in 3 partes dividi debet: Poloniam majorem, minorem, & Lithuaniam, quae divisio praecipue in juris publici tractatione, magnam utilitatem praebet, cujus expositio vero ad nos non pertinet. Polonia major sensu lato comprehendebat: a) Poloniam majorem sensu stricto, quae 5 palatinatibus constabat: I Posnań, Gniezno, Kalisz, ~~Lanciciensia~~ Sieradz, ~~II~~ II, ~~Cujavia~~ Cujavia, III Mazovia, tres palatinatus Mazow: Płock et Rava IV Prussiam: palat. Pomerania, Culm Marienburg. Ad Poloniam majorem, jam ab ipso regni initio Mazowia pertinebat. Sed postquam Boleslaus III 1138 regnum suum inter filios dividens, Boleslao Mazoviam assignavit, illa provincia proprios habere duces coepit qui tamen supremo regni poloniae domino suberant. Extincta illorum ducum stirpe virili 1526, Mazowia regibus Poloniae accedit, & a Sigismundo I 526, confirmatio ejus, juribus Poloniae majoris jungebatur. Stephanus rex 1576 Mazoviam in communionem jurium [illegible] suscipiebat, nonnullis tamen juribus & constitutionibus retentis. Ista & Prussia ad majorem Poloniam referebatur. Haec provincia ab equitibus ordinis Teutonici ad Casimirum Jagellonem 1454

1454 defecit, atque ab eo Poloniae jungebatur, ita quidem: ut praeter regem, cum regno nihil commune haberet, sed suis legibus regeretur. Exorto postea bello acerrimo inter Poloniam & ordinem Teutonicum 1466 tandem pax inita fuit, per quam insignis pars Prussiae praefato ordini cedebatur, reliqua pars autem in ditione Poloniae permansit. Huic praeter Episcopatum Varmiensem, 3 [illegible] Culmensem, Marienburgensem, Pomeraniam.

II Polonia minor provinciae 3 palatinatus continebat. Krakoviensem, Sandomiriensem, & Lublinensem, ut et aliae regiones ipsi adjunctae fuerant, de quibus pauca nobis dicenda restant.

4º Osviecim, olim Silesiae pars, in Bohemiae regis clientella fuit, sed 1457 Joannes dux, hunc suum ducatum, Casimiro III Poloniae regi vendidit. Ita & dux Zatoriensis terram suam regi Joanni Alberto 1494 vendidit — qui duo ducatus a Sigismundo Augusto 1564 arctius cum regno jungebantur, salvis tamen eorum consuetudinibus.

5º Russia a Casimiro Magno 1340, armis subacta, & serius a Ludovico, Casimiri successore ad Hungariam translata, sed ab Hedviga regina iterum revindicata fuit. Deinde a Wladislao Jagello, sancitum fuit ut aequo cum cetero regni jure habeatur. Russia minor continebat sequentes terras: Leopoliensem, Przemysliensem, Sanocensem, Haliciensem et Chelmiensem. —

6º Volhynia autem a Sigismundo Augusto 1569 in comitiis Lublinensibus Poloniae incorporata fuit.

7º Podolia a Casimiro Magno acquisita erat. Vladislaus Jagello, cum Spytko [?] Cracoviensi Palatino 1396 et 1403 fratri suo Boleslao beneficiaria lege contulit. Cum autem hic sequenti anno ad ordinem Teutonicum defecerit Podolia sub ditionem polonicam rediit. Sub Michaele rege a Turcis occupata, posthac regnante Augusto II per pacem Cracoviensem, integro regno restituta est.

8º Ita et Podlachia seu Palat: Bielcensis pars minoris Poloniae constituit.

9º Palatinatus Kijoviensis 10 Terra Belcensis 11 Palat: Braclaviensis 12. duos districtus Palat: Czernichowiensis — III

III Lithuania quondam a suis ducibus regebatur, quos inter et polonos frequenter bella gerebantur. Denum Jagello Lithuaniæ dux Poloniæ reginam Hedvigam uxorem duxit, et Lithuaniam regno adjunxit. Ille tamen Lithuaniæ fratrem suum Casimirum Skirgello, titulo magni ducis praefecit, cum ipse supremus dux vocaretur. Ab eo inde tempore Lithuania iterum proprios duces eligebat, donec Sigismundus Augustus 1529. Lithuaniæ magnus dux declararetur, et pariter rex Poloniæ crearetur, ita ut utramque gereret dignitatem, et ab eo tempore nulla amplius locum habuit separatio, nam sancitum fuit in comitiis 1569, ut rex Poloniæ una magnus dux Lithuaniæ esset, et eadem electio, quæ Poloniæ regem, Lithuaniæ ducem daret.

Lithuania dividebatur antiquitus in Lithuaniam proprie sic dictam, Russiam albam et Samogetiam; se inus continuit palatinatus: Wilno Troki Minsk, Samogetia curlandia, Brzesc Nowogrodek, Ptock Witebsk, Mislaw —

Divisio legum

Leges dividuntur per primis in scriptas et non scriptas — Scripta est, quæ calamo excipiuntur, non scripta vocantur consuetudines, quæ numquam promulgata, usu tamen parem cum scriptis auctoritatem obtinuerunt.

Ad leges scriptas pertinent statuta et constitutiones: differunt vero illa ab his, 1º ætate, nam statuta ab 1347 usque 1550 et constitutiones a 1550 usque ad ultimum diem regni lata — 2º lingua quod statuta latine, et constitutiones polonice scripta sunt. —

Leges non scriptæ dicuntur consuetudines, quæ litteris non mandatæ solo usu conservantur. Earum non minor est authoritas, quam legum scriptarum, et tacito consensu eorum nituntur, quorum est, leges ferre aut abrogare. Durant, donec aut non usu, aut contrario, aut lege expressa tollantur.

Statutum de 1445 præcipit: "ut sententia lata in librum actorum inscribatur, ut postea super eodem articulo eis nulli, similis sententia proferatur." Hisce sententiis itaque quasi jus consuetudinarium firmatum fuit. Ostrzewski

gotaszewski dicit: " Notorium est in Polonia, etiam praejudicatorum supremi tribunalis, in caeteris similibus casibus, " pro norma valuisse. " Ad recentiores leges Poloniae pertinent quoque resolutiones consilii perpetui. Consilium hoc renuo durabat; hic: quandocunque convocari potuerat, et ideo permanens vocabatur. Erectum fuit in requellam constitutione 1775, eum in finem, ut intermedio tempore, inter comitia generalia, quae solummodo quovis biennio celebrabantur, exorescente ~~neces~~ necessitate, in fundamento legum latarum aliquid disponi queat. Habuit etiam facultatem leges dubias interpretandi, quae ipsi commissa fuit mediante constitutione de 1776. Brocki, et Bantkie putant, quod hae resolutiones, non tamquam verae leges considerari queant, sed id nobis non videtur, nam interpretatio alicuius legis qua lex considerari debet. Consilium perpetuum constitutione de die 21 Januar 1789 sublatum fuit. Videamus utrum Poloni antiquis temporibus habuerint legislationem specialem. Hoc duplici modo probari potest: per testimonium historicum, et per monumenta adhuc existentia talis legislationis —

Testimonia: Ita testatur Cromerus in cap II pag 27: Fundato principatu, Lechus partim Gnesnae manendo, partim obeundo regiones, jus dabat populo, non praescripto legum, quae non erant, sed ex arbitrio, hoc est, ex aequo & bono, diversas leges tulisse fertur circa 558, & quidem simplicissimas, quae magis in aequitate, & benevolentia principis, & in populi obsequio sitae erant. Imperans tunc temporis propria bona non possidebat; sed deficientibus adhoc mummis, nihili ipsi partes frugum pendebant, —

2° Stirpem Lechi sequuti sunt, 12 optimates seu vojevodae, paulatim ex proceribus electi, qui leges paucissimas et simplicissimas, teste Cromero, tulerant; illud ferrebat seculum, sed in animis & usu potius condiderunt, fundatam videmus tunc aristocraciam polonicam. –

3° Krakus salubres fertur tulisse leges an 720. Fuit teste Kadlubek principatu natus erat. Postquam auctoritas ... [illegible] ... optimatum

optinatum, numero eorum ad 35 accrescente decreverat. Krakus ideo a multis primus legislator vocatur. Kadlubek dicit: Jura instituit, leges promulgat, sic ergo nostri juris civilis nata est conceptio seu conceptus. —
Cosmus Pragensis ait "Vir fuit hic in suis generationibus "perfectus admodum, rerum secularium opulentia praeditus, judiciorum in deliberatione discretus, ad quem tam "de propriis tribubus, quam ex provinciis plebibus veluti apes "ad alvearia ita omnes ad eum convolabant judicio." —
Hayck in annalibus Bohemorum Lycurgum ipsum nominat.
4° Samovitius (: Ziemowit :) filius Piasti (881) conditor erat disciplinae militaris, et quidem tam equestris, quam pedestris (teste Dlugossio). —
5° Mieczyslaus I. in legislatione eminuit, qui religione christiana recepta, varios superstitiosos ritus, in oppidibus & pagis abolevit, & in dioeceses distribuit, episcopis decimam partem omnis generis fructuum, de suis, nobilitatis, plebis agris adscripsit (: Dlugosz), sic quoque clerum regulavit inferiorem. —
6° Filius ejus Boleslaus I fortis dictus, primus rex, plures leges salubres edidit, modus militandi nobilibus perpetuatim praescripsit, numerum dandorum militum, apparatumque eorum definivit, simulque jussit, ut colonus quivis modium avenae purgatae, in regale horreum conferrat, oppida per modum posta conjunxit, tam ad mandata sua celerius propaganda, tum ad relationes ex universis regni partibus sibi faciendas: ecclesiis immunitatem concessit ab oneribus; denique edicta in calumniatores, fures, sacrilegos etc. tullit. Hujus extat rex, quam Joannes Laski, cancellarius regius, et paulo post Archiepiscopus Gnesnensis, Primas regni, in praefatione suae statuti refert, se inspectis scriptis in archivo Krakoviensi depositis, veterrimam legem reperiisse Boleslai Chrobry circa 1000 aut paulo post latam, qua lege militibus regni

seu nobilibus praecepit, ut ante quodcunque praelium, hymnum a S. Adalberto Archiepiscopo Gnesnensi, compositum omnes clara voce decantent: Iste hymnus incipit, "Boga rodzica, dziewica etc.

7° Vladislaus ~~Profanus~~ scrutator, legem sic dictam servitium tullit, qua oppidanis & rusticis injunxit, ut certis feriis munera honoraria, uti, pullos, gallos, ova, porcos, triticum, in aulam principis adferrant, (Cromer IV)

8° ~~Vladislaus~~ Mieczislaw frater Casimirus justus, quem Longinus, praeclarum humanum legislatorem adpellat, abusus a fratre introductos sustulit, vectigalia & judicia ordinavit, magistratuum licentiam repressit, haecque leges cum proceribus in comitiis, in oppido Łęczyce, habitis, condidit, statuitque ne quis bona personarum ecclesiasticarum, occupat, aut distrahat, qualiscunque sit persona. Leges ab ipso latae sere referrunt ad securitatem bonorum privatorum, ad sacrilegia, furtum scilicet & similia.

9) Henricus probus ecclesiasticam immunitatem confirmavit, in maleficos animadvertit, & ultimus ante Casimirum M. legislator fuisse videtur sed nulla ejus legum existunt monumenta.

10) Cromerus in libro ~~VIII~~ ~~dicit~~ adhuc meminit Boleslai pudici qui in civitate Krakowiensi jus Magdeburgicum introduxit, et Episcopum Cracoviensem ad dignitatem principis erexit, eique jus decimarum concessit: multas postea leges tullit, aut latas emendavit, judicibus certum jurisdictionis ambitum assignavit, iisve injunxit, ut non secundum privatam eorum notitiam, sed secundum leges scriptas dijudicarent. Hujus extat lex seu potius privilegium judeis 1264 collatum, circa testimonia a Christianis circa judeos prohibenda, quod privilegium a Casimiro M (1344) confirmatum fuit, & Alexander 1505.) Et hoc est altera lex scripta ex I<u>a</u> Epocha nostris temporibus extans, (: prima est Boleslai fortis, de decantatione hymni:)

11) Dlugosz memorat adhuc Vladislaum Łokietek qui fuit

pater.

pater Casimiri M. Hic generalia statuum comitia celebrasse fertur, composita ex praelatis & baronibus regni, et horum consilio leges quasdam tulisse —
12.) Aliorum, praeter reges recensitos, regum leges, ab antiquis temporibus commemorantur, quae tamen potius privilegia quam leges dicendae sunt. —
II. Epocha hic notanda, quod obvenire
A Casimiri M. temporibus incipit certitudo juris scripti polonici, qui rex 1347, in conventu cum optimatibus & proceribus regni totius Visliciae habito multas leges utiles dedit, quae latine scriptae sunt, & statuta vocantur. —
b Constitutiones regnante Sigismundo II augusto 1548 sermone polonico leges concipiebantur, nomenque ab illo tempore constitutionum habent. —
c Universalia Hae non a potestate legislativa, sed executiva in fundamento legum jam extantium concedebantur, et quidem aut α) a regibus aut β) a regia financiarum commissione, (: Komissyi skarbowej koronnej :) aut γ) a consilio permanente (: rady nieustającej) Dei, se autem vi legis destituebantur. —
Collectiones
Iteratis quidem vicibus tentatum fuit, systematicum ordinem componere, sed numquam ad effectum pervenire potuit. Joannes Sroczewski Camerarius terrestris Leopol. 1613, comitiis regni ejusmodi Codicem proposuit, qui autem in receptus est. Serenissimo aikuo Cancellario regni Zamojski 1776 injunctum fuit, ut codicem juridicum componat, juri naturali innixus, & non indiscriminanter, antiquae cuidam legislationi inhaerens, sed omnes extantes constitutiones, amovens & recipiens, quod justitiae aut fini legum emendandarum, non contradiceret. Zamojski 1778 novum codicem in lingua polonica conceptum, comitiis proposuit ast constitutione 1780, rejectus est, eo cum audito, quod auctori privis opere
quam

opere, quam maximas gratias agantur, quod autem, ~~quia~~ dictus codex, cum proposito fini non penitus respondeat, in perpetuum publicae authoritate carere, nec amplius in comitiis de eo sermo fieri debeat. Versionem germanicam hujus codicis fecit Gottfried Aiker, et pastor communitatis evangelicae oppidi Walstein.

In comitiis 1788 celebratis, denuo statutum fuit, ut duplex codex legum unus regni et alter M. D. Lithuaniae componantur, quod opus conficiendum Josephus Szymonowski in se suscepit, atque huius in finem egregium conscripsit librum cujus tamen effectus interitu reipublicae frustrabatur, et codex jam praepositere in locum venit. Const: de 3° Maji 1791 a comitiis denuo confectio codicis civilis & criminalis ordinabatur, et const: de die 30 Junii 1791, deputatio nominabatur & statuebatur, quod nova lex titulum codicis regis Stanislai Augusti gerere debeat. Item in comitiis Grodnensibus 1793 certus personarum numerus ad componendum codicem civilium legum et criminal. designabatur. Ast cum paulo post respublica dissolveretur, hocce conclusum non venit ad effectum. —

Translata in Poloniam arte typographica quae 1435 in Germania inventa erat, statuta Casimiri Magni cum legibus posterioribus successorum ejus, collecta, & typis impressa sunt, cujus codicis exemplar in Bibliotheca Universitatis Cracoviensis, ut Czacki refert cum titulo: "Constitutiones, statuta, & syntagmata provincialia inclyti regni Poloniae per serenissimum principem Dominum Dominum Casimirum I. Poloniae regem, magnum ducem Lithuaniae, Russiae Prussiae dominum et haeredem edita & promulgata, cujus profecto multiplex & varia atque recondita & altissima eruditio, in maximis pacis & belli exercitatio est." Ignotum est, quo anno iste codex editus est, sed certum quod ante 1447 factus est, quia leges regnante Alberto, illo anno latas, non continet, uti doctissimus Czacki refert. Duae supersunt hujus codicis editiones, quorum authorem & annum ignoramus. Docet nimil, quod in Polonia

Polonia, sed aliquas germaniæ urbes, illas leges primum impressas fuisse.)
In isto codice initiales magnæ litteræ non reperiuntur, probabiliter erant colore picta & successu temporis evanuerunt.

Collectiones privatæ statutorum

Collectores legum Polonicarum varii fuere: primus Joannes Laski, Archiepiscopus Gnesnensis & cancellarius regni collegit, in hac sua collectione 262 foliis ordinem chronologicum secutus. Præter statuta & consuetudines terræ Cracoviensis, in hac collectione etiam continentur duo libri juris civilis Magdeburgiensis, & juris saxonici, tertius liber juris feudalis.
Summa legum Raymundi Parthenopis de Penafort, cum appendice statutorum Sigismundi I usque ad annum 1528. Collectio hæc occurrit sub titulo „Commune inclyti Poloniæ regni privilegiorum constitutionum et indultuum publicitus decretorum, approbatorumque cum nonnullis juribus tam divinis quam humanis, per serenissimum principem dominum Alexandrum D. g. Regem Poloniæ M. D. Lithuaniæ Russiæ, Prussiæ etc. Impressum Cracoviæ in ædibus Joannis Halleri 1506. Huic collectioni serius adjuncta fuerunt statuta regnante Sigismundo I ab eodem collectore, altera nova compilatio prodiit Cracoviæ 1524.
Regnante Sigismundo I denuo leges collecta & in codicem redacta et 1538, sub titulo: Statuta inclyti Regni Poloniæ, recens recognita & emendata. Ast opus hoc sanctione publica non confirmatum in foris, authenticum non obtinuit.
Ex prædictis codicibus Jacobus Przyłuski, curtrensis Premysliensis, et terrestris, Cracoviensis districtus, Notarius & præpositus Kosciensis opus in latina lingua edidit, fidelis iis, quæ post annum 1538 usque ad 1550 constituta sunt. Secutus est ordinem juris Romani ac totum opus in VI libros divisit: I° de personis regni, II de jure ac rebus seu fundis Privati Regni III de rebus seu fundis regni municipalibus; IV° de judiciis et actionibus terrestribus) V°

V.) de provinciis ac ducalibus Regno polonico internis et externis item de pace ac legationibus. VI.) de re militari. Przyłuski itaque primus jus polonicum in systemma quoddam redegit. Illud opus e magni momenti, quia posteriores auctores ad illud saepe provocant. Przyłuski postea adhuc aliud opus edidit, sub eodem titulo sed est tantum Epitome ex priori opere suo.

Exigente publica utilitate, ut statuta Poloniae etiam in lingua polonica conscribantur, regnante Sigismundo II Augusto, in comitiis 1560, et 1564 commissum fuit Joanni Herbut de Fulsztyn, regio Secretario, postea Castellano Sanocensi et Capitaneo Premysliensi et senatori, qui cum duobus aliis viris statuta a Przyłuski collecta verterent in polonicam, quod opus Herbutus solus confecit, et in libros tres divisit, cum inscriptione: Statuta i przywileja koronne z łacińskiego języka przełożone 1570.

primus liber hujus operis tractat de personis alter de judiciis, 3us de privilegio. Eidem debemus praeter hanc memoratam volumen duplicem editionem latinam, quarum prior distributionem Przyłuski servans Zamoscii prodiit 1563 statuta exhibens, tractoribus impressa est.

Simile opus exstitit etiam in lingua latina: statuta regni Poloniae ad 1560 in ordinem alphabethicum digesta. Hoc opere Borussi in locis polonicis saepe utebantur. Alii adhuc exstant statutorum collectores, uti Stanislaus Sarnicki, collegit statuta usque ad 1564. Joannes Januszowski archidiaconus Sandecensis, qui statuta et constitutiones usque ad 1600 collegit, et edito tractatu de privilegiis et mutem regno. Porro Bandtkie qui novissimam collectionem confecit sub titulo, Jus polonicum e codicibus manuscriptis typisque impressis collectum Varsoviae 1831.

Collectiones constitutionum

1.) Andreas Petrykowski juris utriusque Doctor et typographus regius, edidit collectionem statutorum et constitutionum a 1550 — 1609, uti in comitiis prodierunt in lingua polonica. Sed hae constitutiones in paginarum serie

serie, sed numeris sunt distincta.
2o) Stanislaus Kozuchowski de Kozuch, addidit constitutiones ab anno 1550 usque ad 1726, ordine alphabetico; hoc opus in comitiis 1726 commendatum fuit.
3o) Thomasius Drezner: Institutiones juris regni Poloniae, Zamoscii 1633.
Hoc opera et majoris extensionis habemus quoque


Summaria opera


quae etiam repertoria dici possunt, et solummodo extractum continent. Ejusmodi ediderunt:
1o Paulus Szczerbicki syndicus Leopoliensis, et postea secretarius Sigismundi III scripsit promtuarium constitutionum et statutorum usque ad annum 1603.
2o) Theodorus Zawadzki brevem extractum e legibus usque ad annum 1613.
3o) Adalbertus Chodalinski repertorium constitutionum ab 1550–1620 in lingua polonica compositum, constat tabellis, quae plures rubricas continent. In prima rubrica est objectum legis, singula de tutelas in 2a annus quo lata est, in 3a pagina et in 4a titulus legis et omnia haec secundum eam legem ex auctore extracta sunt. Alia repertoria sunt: a Joanne Dziengilewski, Martino Ludovico Augustino Kodlinski, Matthia Gleszczynski.

Volumina legum.

Omnia autem opera nuper citata, privato zelo erant composita, et nulla extat collectio, quae publica authoritate sancita vim legis haberet. Extat tamen una longe praestantissima collectio, quae quamquam publicam authoritatem revera non habuit, tamen talem in judicio authoritatem nacta est, ut quasi publica considerari possit. Hoc opus venit nomine: "Volumina legum". Editum est a Collegio Varsoviensi piarum scholarum, omniaque statuta et constitutiones extra temporis latas, continet, et longo usu codicis instar publici auctoritate muniti receptum est.

Constat 8





N.ro II — Prawo polskie. Adam Bochinski. Kopansk.
in ordine,

Constat 8 Voluminibus, & praecipue cura Stanislai Konarski, patris piarum scholarum, qui ipse etiam 6 priora Volumina collegit editum est. Duo posteriora volumina alii patres composuerunt.

I.mum Volumen cum inscriptione: Leges constitutiones, & privilegia regni Poloniae et M. D. Litthuaniae omniumque provinciarum a comitiis Vislicenibus ad ultima comitia, ante conventum k. anni ab 1347 — 1782. Haec inscriptio est pro toto opere. Continet vero in lingua latina leges ab 1347 — 1547 latas. Reliqua volumina eundem quidem titulum habent ast idiomate polono, cum & constitutiones in iis collecta polonice concepta. Primi voluminis iterata etiam editio extat.

II.dum Volumen continet const: ab 1550 - 1607. In intermedio tempore ab 1547 - 1550 nulla constitutiones lata sunt. Ad constitutiones secundum editionem Petricovianam citantur cujus pagina in margine adjecta, afferuntur.

III	Volumen	continet	constitutiones	reipublica	ab 1611 — 1640
IV	do	do	do	do	1641 — 1668
V	do	do	do	do	do 1669 — 1697
VI	do	do	do	do	do 1697 — 1737.
VII	do	do	do	do	do 1764 — 1768.
VIII	do	do	do	do	ab 1775 — 1780.

Tempore vero intermedio, et quo in hac collectione nullae leges occurrunt, aut nulla comitia celebrata sunt, aut celebrata, per liberum veto irritata — Leges vero post 1780 lata, quovis biennio comparuerunt, sub titulo collectiones legum in comitiis lata sunt. Haec collectio 5 fasciculos continet —

1.mum fasciculum	continet	constitutiones	ab	1782 —
2.do	do	do	do	
3.m	do	do	do	1784.
4.m	do	do	do	1786

4.x usque ad 16.am xbris 1790. et 5.m a 7.a 8bris 1788 fasciculus

fasciculus continet leges a 5to Januarii 1791–31 Maji 1792. Die hac nova constitutio promulgata est. Collectio legum in comitiis Varsoviensibus et Grodnensibus ultimis lata rum a 16 Junii ad 7am 9bris 1793 in peculiari Volumine sunt. Haec itaque praestantissima collectio est, quum ea magna cum diligentia ex omnibus prioribus collectionibus excerpta est. Cum autem eadem magnae sit extensionis, adeoque difficillimum sit legem certam invenire, promtuaria, seu indices cujuslibet voluminis prodierunt; quibus inventio legis alicujus facilitatur. Prioribus 6 voluminibus repertorium compositum a Seglicki patre piarum scholarum Varsoviae 1754. Theodorus Wager novam editionem, hujus repertorii auctam, atque emendatam 1780 curavit. Ad duo ultima Volumina Theodorus Ostrowski repertorium confecit Varsoviae 1782. Citantur in hisce repertoriis 1o anni constitutionis editae, 2o Volumen ubi continetur, 3o folium Voluminis & 4o verba initialia seu titulus constitutionis, & hic est etiam modus citandi locos Voluminum.
Supplementum hujus repertorii prodiit Varsoviae 1788 atque aliud opus: „Epitome" insignitum, quia non sit tanti momenti ut ea curemus.
Ast sed praeter statuta & constitutiones dantur etiam resolutiones consilii permanentis, quae vim legis habent, quum leges jam existentes authentice interpretatae fuerunt. Harum itaque resolutionum consilii permanentis collectio a 1776–1786 prodiit Varsoviae ordine alphabetico & 3bus Voluminibus.

Opera juris polonici systematica

1o Nicolai Zalaszowski: jus regni Poloniae ex statutis et constitutionibus Poloniae & Lithuaniae collectum et illustratum ex constitutionibus, juris romani, canonici, saxonici nec non constitutionibus Gnesnensibus. Prodiit 1669 et 4 libris constat, & in duas partes divisum est – prima pars de jure publico et 2a de jure privato agit, quae posterior subdividitur in tractatus de personis,

2°) de rebus, & 3° de delictis. Hoc opus, cujus autor ipse erat juris peritus, est praestantissimum —
II° Antonii Trembicki opus, debuit complecti totam legislationem polonicam, at manuum eravit, ubi ipso autor fatetur. & duobus tantum tomis constitutiones ad annum 1788, partim in extenso, partim excerpte continet; postea addidit duos tomos, qui constitutiones ex annis sequentibus continet.
III Theodori Ostrowski opus, primum, in lingua polonica prodiit, dein in latinam translatum est, imo etiam in germanicum praestantius quam illud Zalaszowski, nam Ostrowski ulterius se extendit, et omnes leges complectitur, & quasi totam polonicam legislationem nobis exhibet, at ordo quo est conscriptum, licet systematicus vocatur, non est revera talis, autor enim non erat juris peritus, sed variis diversas materias commiscet. Nos vero secundum dispositionem clarissimi nostri reginimis, respicimus ad ejus auctoris Ostrowski, dein ad Volumen legum, & hunc in finem ad indices Ostrowskianas et Siglichianas.
Hucusque egimus de diversis collectionibus legum, qua in propria Polonia pro nobilibus vim suam exercebant, nunc accedamus ad jus nobilitatis provinciale —

Jus nobilitatis provinciale

Praecipua Polonia Provincia erat Lithuania: et leges x) in ea ~~[illegible]~~ valentes, generali nomine statuti Lithuanici veniunt. Ante Vladislaum nulla leges scripta existebant, tantum singula privilegia ad nos pervenerunt. Anno 1554 Ladislaus Jagello subditis suis privilegium dedit, quo omnes leges et consuetudines anteriores confirmata sunt. Sigismundus I leges universales introducturus in comitiis de 1522 instituit conclusio, ut statutum universale componatur quod revera 1529 sub titulo mundo II Augusto in lingua russica autores cancellario Gastoldo anno 1534 emendatum est.

est et [illegible] leges lata eidem adjuncta sunt. —
b) Nova editio additamentis ex jure romano, et aliis instructa ab ordinibus Lithuanicis compilata & publica auctoritate firmata per privilegium in oppidis Bielsk et Vilno in lingua polonica edita est.
c. At anno 1569 nova & magis correcta editio desiderabatur hinc nonnullae personae ad hunc finem designatae sunt, composituraque statutum correctum, quod sub rege Henrico editum est. Regnante Stephano in comitiis in Novogrodek et Varsoviae 1578 celebratis confirmatum et 1588 sub Sigismundo III publicatum est in lingua russica. Ipsum Leo Sapieha in linguam polonicam traduxit, quem itaque nonnulli tanquam auctorem designant. Hoc versio plures habet editiones.
d.) 4a editio 1607 tituli: Coaequatio jurium una cum ordinatione judiciorum M. D. Lithuaniae. Haec editio ideo coaequatio vocatur, quia leges Lithuanicae cum polonicis comparantur, provocationes ad leges polonicas in singulis casibus facta. —
e. 5a editio atque ultima Vilnae 1786 prodiit, atque haec non solum statutum Lithuanicum, sed etiam seriores dispositiones, quibus modificationes aut emendationes nonnullorum legum statuti continentur. Haec editio se itaque ad annum 1690 extendit, et in fine appendicem constitutionum ab 1728 – 1767 habet. —
Hoc statutum in 14 partes, has in articulos, quarum nonnulli in §os dividuntur. Multa de hoc statuto praeclare scripsit [illegible] Czacki in duobus libris: „De historia & legibus statuti". Statutum Lithuanicum, non modo in Lithuania sed etiam in palatinatu kijoviensi, Braclaviensi, et Podolia observabatur.
B) Alia provincia Poloniae erat Borussia (Prussy.) —
Ista provincia, quae usque ad annum 1772 partem Poloniae faciebant, postea vero Borussia occidentalis vocabantur habebant proprium modum jus provinciales, quod etiam [illegible]

Nro III. A. Bochinski

Prawo polskie dawniejsze

quodclam jus provinciale, quod etiam post amissionem provinciae Borussicae in Polonia, in materia successionum, jus quodammodo subsidiarium constituit. Huius est titulus: Jus terrestre nobilitatis Prussiae correctum, seu correctura Prussiae.

Prussi, ut in privilegio incorporationis legitur, cum in regis Poloni ditionem transierunt, patrias leges sibi reservarunt. Casimirus IV. anno 1454 jus magdeburgicum Culmense et Lubense, ~~[illegible]~~ confirmavit. Anno 1473 adobtinendam uniformitatem statuit, ut unice secundum jus Culmense decidatur — sed magnus inde oriebatur disordo, itaque petentibus ordinibus anno 1580 permittebatur jus illud corrigere, et anno 1598 correctum, a rege Sigismundo III. in comitiis regni, publice confirmatum et receptum fuit. — Quod haec correctura Prussiae, in materia successionum, deficiente alia positiva lege Poloniae, in subsidium adhiberi ~~debeat~~, solita est, docet generalis tribunalis regni publici celebrati 6. Aprilis 1717 edita resolutio quam adfert Gołaszewski in sua dissertatione de cor: prus: Annale, antea Rozbierski. Vol. II pag. 3-5.

Correctura ideo dicitur, nam jus antiquum nobilitatis Prussiae, quod exinde minus aptum erat, ibidem correctum continetur. Nam in comitiis generalibus anno 1589 incolis terrarum Prussiae, correctura juris permissa fuit. —

Hanc correcturam Prussiae vim legis universalis in Polonia fuisse nonnulli, vgl: Jekel Diss: pag 18. inde deducere voluit, quod in approbatione Sigismundi III. Vol. II. fol. 340-571 legatur dispositio, "ut secundum leges has omnia

"ordinis equestri negotia, in quibuscunque judiciorum sub-
"sellis, tam intra, quam extra Prussiam judicentur." Os-
trowski autem censet" non habuisse vim in universa
Polonia, sed ab 1598 in materia successionis ab intes-
tato vim legis subsidiariis obtinuisse, — et cum illo ex
sequentibus causis consentimus:

α) Ex tenore litterarum approbationis Sigismundi III
apparet, incolas terrarum Prussiae solos petiisse ad
probationem, et sanctionem legum correctarum in
comitiis 1598 celebratis illius provinciae nomine. Si au-
tem pro omnibus vim legalem habitura esset, status
integri regni Poloniae concurrere debuisset)

β) in eadem approbatione nobilitatis Prussiae reservatum
iis haec leges, in posterum quoque cum consensu comitiorum
regis, denuo mutandi aut emendandi; si itaque leges hae
universam Poloniam obligare debuissent, nobilitas Prussiae
praerogativam in legislatione obtinuisset, quod est plane
contra politicam constitutionem Poloniae.

γ) Correctura Prussiae agit quoque de tutelis, donationibus
praescriptionibus, magistratibus, processu civili, et in his
materiis in Polonia postea lege latae, non tamen jus
Prussiae in his punctis abrogatum fuisse legimus.

δ) Similiter in approbatione ipsa non abrogantur leges
polonicae praecedentes, licet semper in legibus polonicis
observetur, quod in sequentibus respiciatur ad praeceden-
tes: quin imo

ε) correctura haec talia continet praecepta quae nonnisi
ad provinciam Prussiam spectant.

ζ) Non obstant vocabula: extra Prussiam nostra sententia
nam si a judicio terrestri v castrensi Prussiae appella-
tur ad Tribunal Petricoviense, istud subsellium
extra Prussiam judicare debuit causam juxta leges
loci, ergo juxta hanc correcturam. quin inde fere
rel.

concretus vim universalem in Polonia eam habuere.

h) Konarski, in introductione dicit: "Praeter commu-
"nes leges totius reipublicae extant & aliae quaedam mu-
"nicipales, seu propriae quibusdam provinciis, uti sta-
"tutum Lithuaniae, jus terrestre nobilitatis Prussiae
"correctum anno 1598 confirmatum" Atqui hoc in
constitutione anni 1598 sed in Vol. VI fol. 549 extra
omnem nexum invenitur. —

l) Latino sermone conscripta fuerunt, cum leges poloniae
hujus temporis jam sermone polono conderentur.

i) Andreas Lipski, Załaszowski et Zawadzki idem testantur.

k) Praxis judiciaria quoque astat huic opinioni, quum jus
illud non ubique locorum observatum fuerit.)

Vide Dissertationem de jure successionis ab intestato in
Galicia, usque ad ultimam 1786 vigentis et Annales Antonii
Rozbierski Vol I pag 9–11 & de correctura Prussiae
vol II pag 33. —

Alia jura provincialia

Ducatus Masoviae gaudebat jure particulari, quod Stepha-
nus Bathory anno 1576 sub titulo "Consuetudines seu
excerpta ducatus Masoviae" huic provinciae confir-
mavit.

Inveniuntur in editione juris Polonici a J. W. Bandtkie
jussu Sigismundi studio Gorinscii edita fuere sub ti-
tulo "Statuta Ducatus Masoviae quocumque more
antiquo vel ducum sanctionibus prolata, publico consen-
su approbata ~~inveni~~ servantur, bona fide collecta &
in unicum Volumen comportata, opera atque diligen-
tia Magnifici Dni Petri Gorynski in Oyczanow, hae-
redis Valatini, & vices gerentis ducatus Sigismundi
Dei gratia) regis Poloniae confirmata & publicata"

+ na co to (Dei gratia? bez sensu

et publicata" — in ultimo folio legitur: Cracoviæ per Hieronimum Victorem regni Cancellariis calcographum anno 1541 —

Palatinatus Podlachiæ reservavit sibi consuetudines et jura particularia seu provincialia regnante Sigismundo Augusto 1567 sub titulo consuetudines Podlachiæ Vol. II fol. 745 et 1569 lib: O ziemi podlaskiej

Sunt etiam consuetudines Cracovienses a rege Alexandro confirmatæ Vol. I. fol. 325 a 1505 lib. Alexander znesnenie et alia ubi quoq. e Leopoli plebiscitum de successione ab intestato inter conjuges vim habuit quod obiter hic indicasse sufficiat.

Jura cives respicientia.

Hucusq. enumeravimus jura solum nobilitatem seu statum equestrem respicientia, transeamus nunc ad jura statuaria et municipalia

Variæ urbes Poloniæ propriis gaudebant juribus.

a) urbes Masoviæ, e palatinatus Rawensis, Plocensis et urbes terræ Dobrzynensis, ubi et nonnullæ urbes Lithuaniæ in districtu Podlachiensi, urbes Kleszczechów et Wąrów et tandem urbes Prussiæ regebantur jure [illegible]

b) urbes regiæ fere omnes gaudebant jure Magdeburgico et Saxonico ab a. 1356, a Casimiro M. in urbibus recepto, quod jus in urbibus Lithuaniæ excepto Wilno, Troki, Minsk, Pinsk, Mozyr, Kowno, Lida, Nowogrodek, Brzesc et Grodno, plane erat abrogatum et possessoribus urbium, eodem jure gaudentibus commutatum fuit et abrogatum, earum lites ad judicia currentia capitaneorum


Nro IV

Prawo polskie (dawniejsze)

Zeszyt czwarty

Adam Rochański

N	P	W	Ś	C	P	S	
					15	16	
17	18	19	20	21	22	23	Styczeń
24	25	26	27	28	29	30	skarga
31	1	2	3	4	5	6	
7	8	9	10	11	12	13	Luty
14	15	16	17	18	19	20	
21	22	23	24	25	26	27	
28	1	2	3	4	5		Marzec



ad judicia currentia, capita eorum relegata fuerunt. —
I. Jus Magdeburgicum a Casimiro M. introductum et ante hunc, adhuc a Boleslao pudico a. 1257 in urbe Krakowiensi introductum, ab ejusdem nominis urbis, ubi principalis sedes hujus juris erat, et quo etiam appellationes fiebant, in quorum locum pro Saxonibus in Polonia, dein sic dictum judicium assessoriale Varsoviae erectum fuerat, praeside Cancellario Magno; constat uno speculo saxonico, & 2º jure principali Magdeburgico. —
Causa introductionis in Polonia juris saxonici, erat languescens status fabricarum & manufacturarum, in Polonia. Principes in Polonia incitabant ideo extraneos fabricantes, ut sedes suas in Polonia figerent. Plurimi venere ex Saxonia et his praeter alia privilegium concessum erat, ut jure proprio utantur. —
Caeterum quoad jus Saxonicum adhuc notandum, quod speculum saxonicum in electoratu universo saxonico, Magdeburgicum vero, tamquam jus municipale in urbibus valuit.
Variae horum editiones: Zamoscii 1602, in lingua latina prodiit editio sub titulo: Juris provincialis, quod speculum saxonicum vulgo nuncupatur libri III. Dividitur hoc opus in libros, libri in titulos, articulos & §§os. Editio hoc habet glossas, quae sunt adnotationes, seu illustrationes in marginis; sequitur jus municipale magdeburgicum pariter glossatum. Utrique huic juri additus

est

est appendix sub titulo: "promptuarium juris provincialis saxonici quod speculum saxonicum vocatur, et municipalis magdeburgensis, hoc promptuarium est registrum exactum totius operis.

4° Jus culmense seu teutonicum dictum — sed jus Prussiae est jus proprium saxonicum, variis consuetudinibus & privilegiis cruciferorum immutatum, cujus multae quoque sunt editiones, nulla tamen publice rata sancita. Jus istud in urbibus provinciae Prussiae praeprimis valebat, in his enim provinciis longo tempore cruciferi tenebant regimen, & ab urbe principali provinciae ~~Culm~~ Culm, jus culmense dicebatur. —

Nulla adest authentica collectio. Sigismundus commissionem delegavit, quae eas leges colligendas, & typis imprimendas curaverit, sed sine effectu. Privatae erant collectiones Dantisci 1767 jus culmense ex ultima revisione vel: das vollständige Culmische Recht, mit nöthigen Anmerkungen, Registern, u einer vorgesetzten kurzen Historie — desselben vermehrt u verbessert würden aufgelegt in 5 Büchern. Urbes Elbing, Frauenburg, Braunsberg ~~[illegible]~~ jure Lubico gaudebant anno 1454 a Casimiro Magno confirmato

Nic nieopuszczona

~~In Polonia~~ Jus Romanum an valuit in Polonia

Utrum jus Romanum in Polonia vim obligandi habuit?

Jus romanum in Polonia, in subsidium legum patriarum, vim obligandi habuisse, nonnulli scriptores sequentibus argumentis probare conantur:- (aut Ltheris opinionis Universi Leopol)

1° eo, quod in praefatione statuti Casimiri magni, ejusdem fiat mentio: /: Volumine I Fol I :/

II° Quod in Volumine I° Fol 31 articulo de ludo talillorum, § 16 ad SCtum Macedonianum expresse provocatur: —

III° quod in statuto Lithuanico Cap: IV° articulo 54 lex praeceptiva continéatur, ut in defectu legum patriarum, judices aequitatem naturalem, & exempla aliorum regnorum Christianorum sequantur: Denique:

IV° eo, quod cum anno 1768 ad emendationem legum procederetur jus Rom: statim post statutum Lithuanicum et Correcturam Prussiae, qua specimen praecipue considerandum, praescribebatur: Constitutio de anno 1768 Vol 7. Fol: 710. —

Attamen hoc argumenta haud talia sunt, quibus refutandis non sufficerent sequentia:

Etenim, quod primum: ad prologum statuti Casimiri magni, responderi potest:

a) quod dubium sit num haec prologus authorem habeat regem, vel vero privatum quendam scriptorem — quemadmodum Czacki dicit; Dum:

b) in illa praefatione prorsus nulla de receptione Juris Romani fit mentio: laudatur nonnisi Jus Romanum, et libri ejus per Bibliopolas commendantur, quod autem a receptione & vinculo obligandi longe est alienum; secus namque etiam & Bibliopolae jus legum ferrendarum in Polonia habuissent.

ad II Respondemus: Invocatio unius legis nempe SCti Macedoniani nondum est receptio totius codicis legum alienarum — praeterea dubitant nonnulli, mentionem SCti Macedoniani, in praefato Statuto, parenthesi inclusam, genuinam esse. —

ad III Resp: In citato loco statuti Lithuanici, nulla fit mentio legum romanarum; nonnisi pro defectu legis patriae statuitur, quod naturalis leges, aequitas, conscientia

conscientiae & leges Christianae pro subsidio sumi debean-
tur. Jam autem leges romanae maximam partem origi-
nem habent, ante tempora Christi. Leges Christianae &
naturales, vulgo, vocantur in hoc statuto "Leges Conscien-
tiae„ ideo conjunctive leges Conscientiae et Christianae in
subsidium sumi debebant.

ad IV: Ex constitutione ibidem allata, id potius profluit
quod Jus romanum in Polonia nequidem vim subsi-
diariam habuerit, siquidem eadem, id tantum praecipie-
batur, ut primum in futura legislatione qua exemplum
considere[tur].

Jus romanum in Polonia vim obligandi non habuisse
diversis quoque argumentis probari potest.

Inprimis nanque, adversatur receptio legum romana-
rum indoli nationum septentrionalium, quae horrebant
dominatum Romanorum. praeterea Henricus (de Valois)
Valesius, dum ipsi articuli confirmandi proponebantur,
expresse est pollicitus, quod nullas extraneas leges sit
recepturus, ergo nec leges romanas.

Qua argumentum sufficiens adduci posset verba Orzechow-
ski, qui oratione ad populum dixit: "illae leges tantum
valent quae in Polonia natae sunt„ Ratio, ob quam nul-
li, errori sunt obnoxii asserentes jus romanum in Po-
lonia vim obligatoream habuisse, in eo erat reposita,
quod nonnullis civitatibus speculum saxonicum & jus
magdeburgicum vim legis habuerit, ad speculum ve-
ro saxonicum adstructa est glossa ex jure romano,
qui ergo in magistralibus illarum civitatum, ubi
speculum saxonicum obligabat, praxin judiciariam
exercebant, putabant leges Romanas in subsidium
esse receptas. quemadmodum ipsum jus romanum, in
Polonia authoritatem habuit nullam, ita etiam nec
addimenta posteriorum temporum, quae etiamsi ad
jus Romanum non pertineant, nihilominus tamen
in corpore juris Romani tamquam pars continentur,
valebant. Sic consuetudines Longobardiae nec lege, neque
usu in subsidium erant receptae: Jam vero jus Canoni-
cum in Polonia tacite receptum fuisse, omni caret
dubio

ad normam juris


dubio, — in pluribus namque constitutionibus ad illud diserte provocatur: quod denique attinet jus Cambiale: Joannis Heinetii elementa juris Cambialis anno 1775, expressa lege in processu Cambiali in subsidium erant recepta, et judiciis prima et secunda instantiis injunctum, ut in decidendis litibus cambialibus, profato opere Heinetii utantur: — Comitia


Hoc ergo, quod attinet quaestionem quae jura leges originis alienae in Polonia recepta, quaeve in- recepta fuerant — hisce tamen ipsis supponitur in Polonia adfuisse leges etiam et proprias, — quae vero illarum fons, nunc agendum: Primis Poloniae temporibus soli regi potestatem legislativam competiisse, postmodum vero leges in comitiis ordinum consensu accedente latas fuisse jam ex praecedentibus liquet. Duo autem erant in Polonia antiqua ordines scil. ordo senatorius & equestris: — nonnulli vero assumebant tres ordines, ita, ut rex unum & primum constitueret. ast leges polonae tres ordines ignorant, neque regem cum ordinibus confundunt; Principium namque est: rex ordines ad comitia conducebat & hic cum illis deliberet atque constituit: ipsae constitutiones regis nomen praeferrent, videlicet se easdem ex sententia [illegible] ordinum sancire — ita quoque in legibus Regni, rege mortuo, non ordo sed princeps extinctus dicitur, cotumque ordines, non ad novi ordinis sed ad novi regis electionem procedunt.

Leges in comitiis latae:

Senatum constituebant, qui olim Praelati et barones et quibus postea senatorum seu consiliariorum regni nomen additum est, in horum numero erant Archiepiscopi, Episcopi Palatini: Castellani & praecipui ministri qui ideo senatorii ordinis

Czytaj dalej w zeszycie 2gim prawa cywilnego





Secundum Judicium Castrense (sąd grodzki)

Judicium castrense exercebat jurisdictionem sub
authoritate Capitaneorum (Starosty). Capitanei erant
2plicis generis: cum et sine jurisdictione. Priores
praesidebant judicio castrensi, posteriores vero nulla judi-
cia exercebant, erantque nonnisi tenutarii bonorum
regiorum (emphyteuticarii). Antiquis temporibus quivis Ca-
pitaneus jam ipso facto jurisdictionem habuit, officiales servie-
ntes nominare potuit, postea capitanei cum bonorum
regiorum possessione acquirebant quidem jus emphyteuti-
cum, reditus ex bonis istis hauriendi, attamen jurisdictio
penes regem ipsum permanebat. Ad hancce exer-
cendam in conventionibus Palatinatus (scilicet) 4 candida-
ti eligebantur, quorum unum Rex confirmabat, et hic
erat Capitaneus castrensis, proprie eloqui-
endo jurisdictionis. Capitaneus itidem post elec-
tionem officiales nominare et jurisdictionem
aperire debuit, hocque usque ad mortem ejus dura-
bat, solummodo tempore interregni, etiam defuncto
Capitaneo officiales etiam in munere suo permanebant,
ne scilicet administratio justitiae interrumperetur.
Officiales hujus judicii erant Capitaneus, Vice Capitaneus,
judex, Scriba, de in-regentes, subdelegati, Burgrabii
etc. Citationes ad hoc judicium prodibant sub no-
mine Capitanei. Decreta hujusce Judicii illud ipsum
exequebatur. Negotia jurisdictioni Judicii Castrensis
commissa erant sequentia:

1o Judicii castrensis erat in crimina inquirere, de
iisque cognoscere, in specie in crimen vis violenter
illatae, caedis, latrocinii, incendii, invasionis in bona
etc.

IIo Insuper judicia castrensia competentiae erant:
decreta judiciorum aliorum quandocumque in effectum deducere,
intromissiones peragere, inventaria conficere,
tum executionem testamentorum, denique tutellas
super viduis et orphanis curare. Judicia ergo cas-
trensia, judiciis nostris criminalibus pro parte,
ex parte vero judicio civili, ac pupillari simi-
lia erant. In quibusdam causis, ubi (in causis) simplicis debiti

debiti, decimarum, et recentis criminis, si sicut homi-
cida in flagranti delicto erat comprehensus, denique in causis
juris summam 1000 fl. non excedentibus, appellatio
ab hoc judicio non dabatur, in aliis vero causis appellatio
locum habuit

IIItium Judicium erat juris subcamerarium.

Praecipuum subjectum hujus Judicii erat subcamerarius,
cui subordinati erant 1o Camerarius, nobilis et
possessionatus, et in judicio terrestri adjurandus, et
IIo Scriba seu notarius, qui sententias a subcamerario
dictas in scripto excipere debuit. Judicium subcamerariale
cognoscebat et decidebat omnis generis lites granitiales,
seu inter bona territoria nobilium inter se, et nobi-
lium aliarumque ecclesiarum exortas. Si autem lis grani-
tialis, inter bona nobilium et bona regia fuerat exorta,
solum causam hanc cognoscendi et dijudicandi, com-
missariis regiis jus tribuebant, sed ad hasce commissiones
etiam subcamerarius et Camerarii adsciscebantur. Sub-
camerarius habuit jus Camerarium delegandi, qui
causas granitiales ejus nomine et propria authoritate
cognosceret et decideret. Pro fundamento processuum
granitialium seu finium regundorum inserviebant pri-
mo documenta litterata, prout transactiones,
conscriptiones etc. et amplius tum signa limitum ... tum
prout scopuli, rivuli etc., denique testimonia ~~...~~
(Processus granitialis in primis constitutionibus 1523 prae-
scriptus, deinde per constitutionem de anno 1768 melioratus,
regebatur hoc modo: Causae granitiales
in judicio terrestri, tamquam in 1a instantia
peragebantur, at vero judicium terrestre non in-
trabat in cognitionem hujusce causae, verum
nonnisi terminum condescensorialem praefigendo
et, geometram juratum ~~...~~ condicendo, talem
subcamerarius ad fundum misit. Officium subcame-
rariale post praeviam adcitationem collateralium,
dum inquisitionem cum 12 testibus assumptam,
itaque exceptionem juramenti, causam granitialem
finaliter decidebat, simulque mappam, si necessaria
fuerat, in fundo bonorum confici jussit. A definiti-
va sententia hujusce judicii non devolvebatur

causa ut judicium de arestre, sed cum laesa ad
Tribunal appellare potuit, quod si sententiam
Camerarii reformandam ee advenerit, alioquin ex
regula viciniorum subcamerariorum non vero il-
lum qui primi litem cognoscebat, delegavit, si
in hac altera condescensione, 1a sententia con-
firmata fuerit, eo tum in rem judicatam abiit,
adeoque inappellabilis facta

4to Judicium condescensoriale.

quod si nempe aliquod judicium, ob subversantia
impedimenta officio suo fungi haud potuit, eo tum,
re moram non patiente, aliud judicium delegare
potuit, ut in locum obiectae litis condescendat, ibidem
jurisdictionem exerceat (ideo judicium condescensoriale)
licet judicium hoc de facto suas executioni
mandare potuit, tamen erat liberum partibus
relictum; integrum negotium principali judicio a
quo judex condescendendi delegatus fuerit, pro ter-
minatione, et finali decisione decernere, hoc
judicium decreta sua, si erant inappellabilia, exe-
quebatur; si vero ulterior provocatio locum habuit
eo tum parti gravata ad Tribunal appellationem
interponendi jus competebat. —

5 Judicium Commissoriale.

hoc a judicio condescensoriali plane non differt, in
quantum attinet ejus, sub approbatione judicio dele-
gantis dependeant, in quantum vero judicium commis-
sorialis, a judicio regnicolari Tribunali, vel ipsa Repub-
lica delegatum erat, decreta ejus erant inappella-
bilia, hinc judicium hoc, ad judicia ultimae instantiae
pertinebat.

6 Jud Vice palatinale (Sad Wojewodzki)

jurisdictio hujus judicii descendebat ex potestate
et praerogativis, quibus Palatini ut Wojewodae
Exercebat jurisdictionem tam etiam super Judaeis
in civitatibus regiis commorantibus cum appel-
latione ad judicium assessoriale —
quod hucusque enumerata sunt judicia erant pro nobilibus, alia vero pro civibus
constituebantur

Judicia pro civibus erant sequentia:

1° Judicium Magistratuale seu civitatense hoc respectu civium idem erat, quod judicium terrestre & castrense respectu nobilium. Cognoscebat & decidebat causas tam juris quam facti, tam civiles quam criminales cives concernentes. In urbibus regiis majoribus 4 hujus generis erant judicia, in minoribus vero, saepe unum judicium omnes tam civiles quam criminales causas cognoscebat & decidebat. Judicia haec in urbibus majoribus erant sequentia 1° Judicia consularia (:Sady radzieckie:) hoc judicium componebatur ex praesidente & ex 11 consulibus. ad illud spectabant omnes causae juris & facti, & insuper causae tutorum ac curatorum.

2° Judicia advocatialia (Sądy wóytowskie) hoc componebatur ex advocato urbis, & 12 scabinis (Ławniki:) cognoscebat causas tam facti quam juris, in specie vero ad illud causae criminales pertinebant.

3° Judicia burgrabitalia (: hoc quotannis, binis vicibus a praeside & 2bus consiliariis aperiebatur, a quibus deinde jurisdictio advocatis urbium & scabinis delegabatur.

4° Judicia currentia praesidentialia & advocatialia

In his judicabantur causae minoris momenti, salva appellatione ad magistratum seu ad judicium consulare. Appellatio a primis duabus instantiis fiebat imprimis ad proprium Capitaneum, & in bonis mensae regiae ad bonorum administratorem, a quorum decisione primum ad judicia regia appellare licuit. Ab instantia tamen capitaneali & administratoris excipiebantur urbes principaliores nonnullae Magnae & Minoris, quae immediate ad Curiam regis appellabant, idque in fundamento specialis privilegii regis. Judicium vero regium appella-

h i: quoad cives in urbibus regiis habitantes erat constitutum.

appellatorium quoad cives erat judicium a Gubernio Leopoliensi ... hi quoad urbes regias #

Quod concernit urbes nobilium et ecclesiasticas, soli proprietarii harum habebant potestatem decreta judicii civitatensis, sive in causis civilibus, sive criminalibus lata, confirmandi, reformandi, vel plane annullandi, prout ... jurisdictio ... dominium ... spectabat. Inspecio Leopoli sub regimine Polono et initio regiminis austriaci, varia judicia constituta erant, et quidem vigore ordinationis de 1634 sequentia: Officium consulare ex proconsule, et 12 consiliariis compositum. Coram officio consulari, assumebantur omnes inscriptiones debitorum, donationum, quietantiarum, aliaeque, civicas relationes respicientes. Coram eodem relationes testamentorum, divisionum et successionum. Inventaria etiam fieri, ac testamenta incolarum Leopoliensium approbari debuerant. —

II° Judicium Scabinale Magdeburgiense

e 12 scabinis sub praeside advocati ordinarii qui de gremio officii consularis, quovis anno eligebatur consistens. Coram judicio hoc, prout coram officio consulari quaevis inscriptiones debitorum aliaeque relationes civitatis concernentes assumebantur. Porro causae civiles ex debitis majoribus, contractibus, hereditatibus et divisionibus, inter cives oriundae dijudicabantur —

III. Officium advocatiale - advocato ordinario ejusve subdelegato, 12 scabinis, et scriba seu notario consistens, causas primariae forales, adnotationem actorum, testium introductiones, et juramentorum oblationes personales, salva appellatione ad judicium consulare dijudicabat.

IV° Officium proconsulare

Repraesentabat proconsul, qui actiones universas bonum regimen civitatis & cives concernentes & alias, quae nec actis egent, nec juramentum exposcunt, privatim dijudicabat.

V° Ordo 40 virorum

Sub praesidio regentis communitatis qui eum consulibus & scabinis, publicis consultationibus, bonum civitatis tangentibus, interfuere, simul ad familiae oeconomicas adhibebantur.

VI° Officium juris fidelium

Ubi scabinis sub praesidio advocati ordinarii constitutis, varias executiones, ab officio consulari & judicio civili scabinali decretas, peragebat. Tandem existebat Leopoli:

VII Judicium Armenorum

Ex 12 judicibus sub praesidio advocati ordinarii compositum, causis Armenorum decidendis occupabatur. Judicium hoc 1785 sublatum exstitit membris ejusdem, partim officio consulari, partim judicio civili scabinali adscriptis.

Hisce praemissis notandum est, quod vigore privilegii p. Sigismundum Augustum civitati Leopoliensi concessi, nemini, bona civica, jurisdictioni hujus civitatis subjecta, sive in ipsa Civitate Leopoli, sive in ejus suburbiis sita, coram alio quocunque officio aut terrestri, aut castrensi, sub nullitatis vigore inscribere licuit. In consequentiam hujus privilegii, omnes inscriptiones, quae hucusque ad acta judiciorum castrensium & terrestrium referebantur, Leopoli, ad acta officii consularis & judicii civilis scabinalis spectabant. Hae omnia judicia erant I^{ae} instantiae nunc venimus

B. ultimae instantiae: duae solum erant instantiae apud Polonos)

I° judicia assessorialia. Praesides erant Cancellarii, his assidebant duo ex senatoriis & 4 ex

ex equestri ordine, electi assessores, porro secretarii regii, referendarii, & regentes Cancellariae cum voto decisivo. Intrigatores autem, custodes insignium coronae, regentes coronae & archivarii assidebant cum voto consultativo, denique scribae decretorum cum voto informativo. Duo erant judicia assessorialia 1. Regni, quod Varsoviae celebrabatur, alterum Lithuaniae quod aut in urbe Grodno, aut Varsoviae celebrabatur. Utrumque exercebatur Regis nomine, cujus etiam titulum decreta ejus praeseferebant. Hoc judicium iterum cessabat, si rex extra limites regni profectus, aut re ra mortuus fuerit. Ad quae jurisdictionem horum judiciorum pertinebant omnes communiter de validitate alicujus privilegii. Omnes causae bona regia concernentes, exceptis solummodo nonnullis quae ad judicia referendaria spectabant. Denique in via appellationis omnes causae civium. A decretis judiciorum assessorialium nulla ulterior appellatio locum habuit, ita, ut ne quidem comitia eorum decisiones evertere potuissent. Secunda judicia erant judicia relationum hisce praesidebat rex, senatoribus & ministris assidentibus, prioribus temporibus, appellatio a judiciis assessorialibus ad judicia Relationum promovebatur, serius autem nihil aliud quam causae Curlandicae ad illud deferrebantur. Praeterea etiam causae dissidentium (protestantium) quae in judiciis assessorialibus, propter votorum paritatem, indecisae manebant a judiciis Relationum dijudicabantur. In his judiciis referendarius causas indicebat, patroni easdem defendebant; quibus peractis senatores & ministri deliberabant, Marchalci Poloniae & Lithuaniae eorum vota excipiebant

ebant, & Cancellarius Decretum regis nomine secundum votorum pluralitatem edidit.

III° Judicia comitialia

Judice, tempore comitiorum a rege, cum senatoribus & nuntiis exercebantur. Ad Jurisdictionem judiciorum comitialium pertinebant: crimen lesæ majestatis ac perduellionis; processus oppressi civis liberi, & causæ corruptionis in ultima instantia. Porro delationes contra ministros & membra consilii perpetui.

IV° Tribunalia Coronæ:

horum Tribunalium unum erat in Polonia majori, Petricoviæ, alterum in Polonia minori, Lublini, ita ut judices absolutis judiciis Petricoviæ, Lublinum proficiscebantur. Judices hujus Tribunalis erant & saeculares & ecclesiastici; saeculares in cujuslibet Palatinatus aut terræ conventu, a nobilitate eligebantur, & quidem singulis annis novi, ita tamen, ut qui semel electi, nonnisi post quadriennium denuo eligi potuerant. Eligebantur autem solummodo nobiles, legum polonarum gnari, ibi ubi eligebantur possessionati, nullisve officiis forensibus implicati aut Decretis obnoxii. Ad membra ecclesiastica pertinebant assessores ex singulis Episcopalium capitulis, duo designati singulis annis novi, & prouti saeculares, nonnisi post quadriennium denuo eligibiles. Omnes judices juramentum praestare debuerant, quo praestito, saeculares juxta votorum pluralitatem, mareschalcum, Tribunali praepositum eligebant, in qua electione, vices inter gentes ita observabantur, ut Mareschalcus modo ex majori modo ex minori Polonia fuerit electus. Ecclesiastici habebant vero praesidem priorem Canonicum Gnesnensem. Causæ quæ ad haec Tribunalia pertinebant continentur in constitutione anni 1671

1611 1633, & 1667. Decreta ferebantur, juxta votorum pluralitatem, ab iisq, nec appellare nec ea mandatis regiis aut decretis comitialibus immutare aut annullare licuit: si causa quadam incidebat, de qua nulla aderat lex scripta, haece ad judicia comitialia remitti debuit, siquidem Tribunali non licuit novam ferre legem. Prouti in Polonia ita etiam in Lithuania tale Tribunal constitutum fuerit quod aut Vilnae, aut Novogrodiae aut Minscii exercebatur.

V Comitia Referendariorum

Sigismundus I 1507 anno, 4 constituit Referendarios, duos ex regno & 2 ex Lithuania, alterum semper ecclesiasticum, alterum saecularem. Referendarii in aula singulis diebus peracta missa ad prandium, & post prandium ad coenam tempus privatorum querelas exaudire, & de iis referre debebant, proindeque Referendarii nominabantur. Iste edictum veripsis fuerat medio conventionis de 1538, judiciis ferendis immiscere, in tantum ipsi se non debebant, ut si rex ipsemet cognovit a fide rem atque consulerent. Potestatem judicandi primum a Sigismundo III circiter 1600 obtinuisse videntur. Posterioribus temporibus tam in Polonia quam in Lithuania unus semper judicabat, & quidem senior, illove absente junior. Assistebant ipsis litigatores, notarius, nonnulli ex secretariis regiis atque scribae judicii assessorialis, omnes cum voto decisivo. Rege extra territorium regni commorante aut mortuo, judicia haece plerumque cessabant. Ad jurisdictionem horum judiciorum spectabant Io lites inter possessores bonorum regiorum, eorumve colonos exorta; IIo lites bona feudalia concernentes, tum IIIo Controversiae de decimis, ex bonis hisce praestandis, IVo nonnullae appellationes. Judicabant referendarii quasi semper sine provocatione ad judicem superiorem nisi inciderit controversia de privilegio ubi nomen contradicentibus, tunc enim referendarii interram

integram causae cognitionem, cancellariis relinquere debebant. Edebantur decreta hujus judicii a referendariis notariis subscripta, sigillo regni aut Lithuaniae munita, in lingua Polonica, si vero si ad subditos Prussiae emanabant in lingua latina. —

VI. Judicia mareschalcorum:

Duo erant mareschalci in regno et in Lithuania alter supremus, alter curiae. Omnes qui in aula, vel in certo ~~palatii~~ palatio extra pallatium, regni sive verbis offendebant quemdam, sive modo quocunque pacem turbarunt, jurisdictioni hujus judicii suberant. Assistebant huic judicio 4 senatores et 4 alii officiales aulici aut status. Jurisdictio mareschalcorum regem semper sequebatur, idest eo loco exercebatur, quo rex degebat. A decretis hujus judicii nulla ulterior appellatio locum habuit. —

VII Tribunalia Thesauri

In comitiis 1613 celebratis, Tribunal thesauri erectum fuit, cum in finem ut Tributa residua exigeret, et in eos, qui eadem solvere aut se coram judicio sistere detrectabant, poena ~~a~~ animadverteret. Hoc Tribunal ab initio non erat perpetuum, sed in comitiis tantum solum exercebatur, si tributa ~~exigenda~~ residua erant exigenda, posteriori vero tempore regulariter in Polonia exercebatur, et quidem Radomiae quotannis per sex septimanas. Judices erant partim ordinis senatorii, quos rex quovis biennio nominabat, partim ordinis equestris, quos nobilitas in comitiis ex singulis palatinatibus aut terris eligebat. Insuper aderat in hocce judicio Thesaurarius vel aliquis (de ejus ministris) — qui judices de tributorum residuis informabat. Tribunalia Thesauri praeterea discutiebant rationes militares, dijudicabant damna militibus illata, nec non decidebant causas cambiales, debita mercatorum, praegravationes vectigalium. A sententiis ejus nulla dabatur appellatio. Tribunal Thesauri Lithuanicum, Vilnae aut Minsciis habebatur.

Notandum est judicia Limitrofa — quae dijudicabant lites

ubi? inter nobiles, bonorum immobilium, in confinibus regni utriusque possessores, & subditos eos ranicos praesertim Borrussicos. Jam anno 1676, judices limitrophi in palatinatibus Lithuaniae a conventibus eligebantur, partim vero in comitiis designati sunt ult. ultimis vero temporibus rex eos nominabat. Singularia quodammodo judicia erant compromissorialia, et judicia capturalia.

Judicium compromissorium cognoscebat de omnibus causis, quas partes modo amicabili, componere volebant, exclusis nonnisi eis processibus grauitialibus praesertim apud bona regia concernentes.

Judicia capturalia:

Mortuo rege & publicato interregno prisceis temporibus omnia judicia terrestria castrensia, et tribunalitias cessabant, ne autem justitiae administratio, ex causa protrahatur, judicia ita dicta capturalia constituebantur. Nobilitas in minoribus suis conventibus suffragiorum pluralitate, jam majorem jam minorem numerum judicum ad haec judicia eligebat. Cognitioni hoc judicio assignatae erant causae criminales, in specie incendia, spolia & gravioris injuriae. Finito interregno judicia capturalia cessabant. Serioribus temporibus, nempe 1764 decretatum fuit, quod omnes judices etiam rege mortuo in officiis suis permanere & jus dicere debeant, solummodo judicia assessorialia cessabant & judicia marechalcis, tempore interregni sex assessores addebantur. Decreta quae aliis temporibus regis nomine edebantur, prae se ferebant titulum: Nos proceres regni & magni Ducatus Lithuaniae etc.

Pars IIa

De Jure privato –

De jure personarum;

De nobilibus

Omnes incolae Poloniae in 3 classes dividebantur, in nobiles, cives & rusticos inter eosque soli nobiles fere exclusivis gaudebant privilegiis, iique soli consultationum judiciariarum

judiciariarum fuerant participes, cum status regni, ex mera nobilitate componeretur, & licet nobiles in omnibus fere regnis, in rebus publicis nonnullis gaudent privilegiis, nobilitas Polona omnes videbatur superaret. Nobilitatem definit Przetucki tanquam dignitatem seu celebritatem nominis majorum, & propriis in rem publicam meritis acquisitam. De origine nobilitatis polonicae historici referunt, quod, priscis temporibus gentes Slavicae solummodo a senioribus regebantur, qui Zupanorum titulo gaudebant, propterea quod in signis vestis honorariis Zupan dictis a ceteris distinguebantur. Exorto autem bello duces eligebantur Wojewodys qui plerumque pace composita, munus suum deponuerunt; Hi Zupani atque duces in Polonia nobilitatem constituebant. Nobiles Poloniae servitia militaria praestabant, quapropter nobiles Poloniae antiquitus milites vocabantur, & nobiles atque milites denominatio synonimica fuerat, servi vero equites nuncupabantur, ab equestri militia cui obnoxii erant quemadmodum Starowolski sustinet

15 2940

Mo mopuszczonoi

S Saturnina

~~servi vero equites nuncupabantur, ab equestri militia cui obnoxii fuerant, quemadmodum Starowolski sustinet.~~

De acquirenda nobilitate

Nobilitas acquiritur 1o nativitate 2 IIo collatione.

I ~~Nobilitate~~

Natu nobilis est, qui, a) ex utroque parente nobili est procreatus, vel etiam b) ex patre nobili, matre vero plebeja ortus. Extat circa constitutio Alexandri de 1505 Vol Io Fol 117. quae ita habet: Quoniam quaestio incidit

"de genere nobilitatis, quam diverso modo a quibusdam
"interpretari volet, declaramus: Eum tantummodo
"vocari nobilem, qui cujus uterque parens nobilis, et ex
"familia nobili sit progenitus, et quod tam ipse, quam
"parentes ejus habitaverunt et habitent in suis praediis,
"rebus castris, oppidis seu villis, juxta morem patrum
"et consuetudinem nobilitatis viventes. In quo genere nobi-
"litatis, eos quoque nobiles appellari volumus, licet
"matre popularis, patre tamen nobili sunt procreati,
"quod tamen parentes et ipsimet, vivant et vixerint
"ad instar nobilium in regno." Idem ejusmodi statuitur
in statuto Lithuanico Cap. III art. 23 his verbis: "Nobilis
"ducens plebejam in matrimonium, nobilitat eam,
liberosque ex ea susceptos procreatosque." Tali ex utroque
parente nobili, non majores habebant praerogativas
quam qui illis competebant qui tantum ex patre nobili
matre vero plebeja nati fuerant, quia etiam in Polo-
nia generale valuit jus, uxor sequitur conditionem
mariti. Attamen matre ignobili licet patre nobili
nati, praelaturas aliasque dignitates ecclesiasticas
acquirere non poterant; de cetero vero nobiles nati-
vitate tales, protinus aequalia habuerunt jura,
tanta jurium aequalitatem plures confirmabant in-
stitutiones. Licet vero nobiles nativitate tales,
relate ad jura civilia sibi proximi fuerant aequales,
nihilominus tamen dignitatis, ad quas aliquis ob pro-
pria merita evehebatur, hunice prodiit effectus,
ut altiori gradu dignitatis, propriis meritis acquisi-
to, collocatus, omnibus aliis praeferebatur, sicque
senator altior erat non assidente in senatu. Epis-
copus senatore saeculari, publicus officialis praeferre-
batur nobili privato. Quod si autem mater nobilis
cum plebejo matrimonium inierit, filii ex hisce
nuptiis procreati, praerogativa nobilitatis non gaudebant.
Quid juris si cum nobilitas concubina procreavit proles #
hoc in respectu duplicis generis proles distinguere
possumus 1. Tali in dubio, quod libero, quod

utrum sint nobiles, an minus?

quorum parentes, etiamsi nobiles, legitimum non inierunt
matrimonium, jura nobilitatis nullo modo praetendere
potuerunt. Dubia solummodo est quaestio, Iº quoad proles
a patre nobili cum concubina procreatas, si parentes
postea nuptias contraxerunt, id est dubium an legiti-
mationem per subsequens matrimonium habuerint, IIº
quoad proles a pridem concubina, nunc jam in matrimonium
ducta, procreatas. Speculo saxonico adinvenitur lex, quae
articulo 10 praecipit: quod quicunque cognoverit aliquam foeminam,
si postea eam ducat in matrimonium — nunquam ex ea
poterit prolem legitimam generare. Alterius Articulo II
Quicunque cognoverit publice uxorem alicujus, vivente marito,
si post mortem mariti eam ducat in uxorem nunquam
ex ea prolem legitimam generabit. Haece vero [sat] superius
probant: quod lex saxonica, proles utriusque generis, nempe
sub numero I et II allatas jure nobilitatis privaret. At
Rex Alexander, constitutione de 1505 Voluminis I fol. 346
Titulo XIV condemnavit hancce legem saxonicam hisce: quatuordecim
articuli erronei juris saxonici seu Teutonici, per Sedem
Apostolicam condemnati. Et [tum] juri Naturali
quam divino contrarii, quos etiam Nos apostolico decreto
innitentes reprobamus, condemnamus, nulliusque momenti
decrevimus. Alexander in hacce constitutione provocat
ad jus canonicum, in quo autem declaratur, quod matri-
monii tanta est vis, ut qui antea sunt geniti, post contractum
matrimonium tanquam legitimi habeantur. Proinde videtur
quod Alexander in constitutione praescripta utriusque generis
liberis jura nobilitatis tribuerit, et sic legitimationem
per subsequens matrimonium tanquam validam agnoverit —,
Ast paulo post nempe 1508 emanavit constitutio,
quae sequentem continet dispositionem

Vide sequens Volumen

	6	
	5	
2	4	9

	8	
4	5	6
	2	

6	1	8
7	5	3
2	9	4

Nro V


Jus Poloniae antiquum

Zeszyt piąty

[illegible] Bochinsky

18 1/2 40.

23/27



Cum saepissime accidat, quod nonnulli, contra mandatum divinum non cum legitimis uxoribus, sed cum concubinis, quas postea in matrimonium ducunt, habitent, statuimus ut ex talibus uxoribus antea concubinis, liberi procreati, in nullis bonis hereditent, neque ullam nobilitatis prerogativam habeant." Constitutio haec occurrit in Vol. II fol. 971. Et quod revera vigorem suum exerueunt, testatur Zołaszowski qui refert, nos ejusmodi natos detestamur, & inter viles infamesve personas collocamus. Praecitata Constitutio lege anno 1633 lata Vol. III fol. 812 occurrit confirmata ecstitit hisce verbis: Si alicui legitime objiciatur illegitimitas & ipse legitimitatem suam probaverit, inhaerendo constitutioni de anno 1578, nullis immunitatibus & prerogativis nobilium gaudeat. Eorum constitutionem provocat Zołaszowski in opere suo dicens: "de jure nostro hoc habetur: quod illegitimi, id est nati ex concubinis quae postea in matrimonium ducuntur, aut ita per subsequens matrimonium legitimati a successionibus & prerogativis nobilium repellantur. Sic quoque Andreas Zamojski in collectione sua legum civil. asserit: quod liberi alicujus nobilis ex concubina quae licet nobilis esset, ante matrimonium procreati, ab omnibus prerogativis & juribus successionis excludebantur, imo nec nomen familiae patriis ingerere potuerant. Non obstante constitutione de 1578 quandoque in Polonia contraria observabatur praxis, sicuti testatur Załaszowski in opere suo, ubi adjicit constitutionem de anno 1658, in qua declaratur, quod praecitata constitutio de anno 1578 non debeat nocere illis tam quoad successionem, quam quoad alias prerogativas, qui durante bello Suetico post legitime contractum matrimonium inter procreati, salva eadem constitutione, ante & post. At vero haec exceptio, pro aliquo tempore, ob speciales quasdam intervenientes circumstantias facta, regulam pro casibus non exceptis firmare videtur; nuper praecitata constitutio, sub revisione esse videtur: occurrit quidem in Inventario Łazarskiano, & Kitkowskiano in voluminibus legum autem non occurrit.

Ultimam demum habemus constitutionem de 1768 in Vol. VII fol. 807 reperibilem, sequentis tenoris: Iura regni nostri & magni ducatus Lithuaniae legibus divinis instituta, & nullo alio fine, lata fuere, quam, ut in omnibus casibus obvenientibus, justitia suffulciatur. Cum itaque leges canonicae, prolem per subsequens matrimonium legitimatam, qua talem agnoscant, constitutiones vero de 1578 & 1633 huic casum non explicent, sed uti videtur, juri saxonico seu accomodent, ita, ut & prolem post initum matrimonium progenitam, a successionibus aliisque praerogativis nobilium excludent, praedicti articuli juris saxonici autem, per sedem apostolicam Romanam aliisque per statutum regis Alexandri de 1505 condemnati fuerunt, huic interpretando mox memoratas constitutiones de 1578 & 1633 & renovando statutum Alexandri de 1505, statuimus: Przeto obiaśniając wyżej rzeczone konstytucyi de 1578 i 1633, a zaś statut króla Alexandra 1505, reassumując postanawiamy: — quod ut nuptae [illegible] proles ex matrimonio, per copulationem confirmato, inde a promulgatione praedictarum constitutionum, progenitae, in facultatem parentum, aliorumque proximorum propinquorum suorum succedere debeant — illegitimas autem proles etiam hac constitutione a successione in bona quaecumque nec non ab aliis nobilium praerogativis praecluasi esse volumus. Non sat clare est haec legis dispositio: reassumitur namque eadem statutum Alexandri regis, ita tamen, legibus canonicis similius; altera vero ex parte constitutiones de 1578 & 1633 non abrogantur, sed interpretantur, dicitur [illegible] nimirum obiaśniając, hinc quasi contradictoriis. Id saltem ex alia constit. 1768 anni deduci potest: quod post initum matrimonium procreati liberi a praerogativis nobilium non excludantur, sed qua nobiles nati, ditati tales considerandi. At de prius id est ante matrimonium progenitis [illegible] quod per subsequens matrimonium non legitimentur.
Licet legitimatio per subsequens matrimonium in Polonia

Polonia n. habuerit locum, fiebat tamen hoc per Decretum regis, cujus exemplum Załaszowski in opere suo adducit. ubi dicit: quod illegitimi aliquid capere possint, si privilegium legitimationis obtineant, per quod, ad successionem consanguineorum habilitantur, prouti in curia nostra regali, anno 1583 inter Adalbertum Wolski, & Sebastianum Budziszewski pronunciatum fuerat. Sic etiam Lipski in opero suo profitetur omnes ex quocunque illicitu complexu natos a rege legitimari posse, n. solum quoad honores, sed etiam quoad successionem: quod decretum emanavit in causa Danielis Kula contra Żukowski & Babska in curia regni 1596 anno. Adest etiam casus, in Vol. VIII fol. N. 807, quod comitia jura successionis prolibus illegitimis tribuerint, cujus exemplum adest inter Mathiam Bemkowski, & ~~Mariannam~~ natam Stakowska

II Collatione acquiritur Nobilitas

Qui n. erant nobiles nati, sive poloni, sive peregrini fuerint, potuerant, ob merita sua nobiles fieri, inter nobilitatem nativitate talem et collatam nulla quoad jura civilia intercedebat differentia, nomini quoad nonnullos gradus militares, /

nie niedopuszczono

non licuit promoveri, tantum nativitate tales, cum exclusione omnium, indigenarum, nobilium per privilegia factorum et extraneorum, et quidem vi Constitu: 1786.

Primis temporibus reges gaudebant potestate quemcunque nobilitandi, sicque jam Casimirus magnus ~~Schultheis & ...~~ ex Sculteti et Knetonibus nobiles creavit, posteriori vero tempore nobilitas in comitiis senatoribus consciis, aut in bello ob res fortiter gestas conferrebatur et quidem vi Constit 1578 Vol. II 971 fol. contenta: Jam vero vi constitutionis 1641 nobilitas nemini potuit conferri, nisi, quem senatus & nuntii terrestres, v. in bello, duces exercitus, regi commendaverint, qui nobilitatem acquirere cupiebat, debuit aut jam e Religionis

Religionis Romano catholicae aut si alius religionis est afecto, illam amplecti debuit & quidem vi constitutionum de anno 1683, 1685, 1736. In specie quoad nobilitationem subditorum, constitutione de anno 1601 statutum fuit ne aliquis subditus contradicente domino ad nobilitatem admittatur, cui secus nobilitas collata, nulla est aequirita. Secundum privilegium Sigismundi I. de die 11 Augusti 1535 Professores Universitatis Cracoviensis, si per 20 annos munere profungebantur, nobilitatem eo ipso aequirebant, quod privil. etiam universitati Vilnae anno 1666 collatum fuit. Secundum statutum Litthuaniam Art VII. Cap 12, quivis Judaeus qui religionem christianam adoptavit, eo ipso nobilitatem aequirebat. Nobiles creati, eorumve descendentes usque ad 4 gradum exclusive, vocabantur Scartabelli —

Num autem nobiles recenter creati, debeunt appellari Scartabelli — non omnino in scriptoribus Poloniei scriptoris conveniunt.) Nonnulli, uti Mathias Sarbacki, determinant: Scartabellos illos esse adpellandos, qui ex plebeja conditione, in ordinem nobilium recenter sit recepti. Alii autem, uti Lrzeuski, censent: Scartabellos illos esse dicendos, qui ex Scultetis, vel kmetonibus nobiles facti sunt) Denique, Szczerbicz Scartabellos vocat, qui nati nobiles, bonis terrestribus venditis, in urbem quamdam migrant, ubidemque sordidi quaestus cupiditate victum quaerunt De origine vocabuli Scartabellatus, authores non conveniunt. Lrzeuski hanc vocem ex verbo graeco σκαρτμος quod vox Latinis significat agilitatem pedum, saltatione, motu cursu & huic apud nos dicit Lrzeuski ex graeca et latina voce dicti sunt, vel pedites vel agiliores Equites, qui bello adornnend usum currendi & repellendi cursores vel pedites / Alii autem vocem hanc ex latino idiomate deducunt, quasi Scarti equites, h. e. qui non ob aliquam militarem, aut aliam virtutem majorum & propriam, sed aut ob numeratam pecuniam ni urgentem reipublicae necessitatem converstendam, aut ob constitutos proprio sumtu aliquot milites, prerogativa nobilitatis gaudebant — proinde multa exempla

Verisimilius autem est, quod proveniat a voce polona, karta et latina bellum, quia potissimum tempore belli regius consignationem, seu karta militum in bello se distinguentium comitiis porrigebant, ut in remunerationem nobilitatem obtinerent. notanda voce (equites aurati) + Altera post coronationem die, in circulo urbis Cracoviensis insignibus regiis ornatus throno insidens rex juramentum fidelitatis a civibus urbis Cracoviae, aliisque urbibus capitalibus excipiendo, aliquot cives cracovienses, [illegible] gladio regni Poloniae et magni ducatus Lithuaniae per humeros tangebat, proinde nobilitati equites aurati vocabantur. Hic denique notandus est expressio occurrens in constitutionibus polonicis servitoria: Erat privilegium regis illis datum, qui nobiles non erant, vi cujus privilegii in servitio regis esse reputabantur, proinde immunes erant, a jurisdictione judiciorum interrarum, et tantum coram rege et ejus judiciis respondere obligabantur.—

+ qui hi erant?

Deductio nobilitatis

Saepe deductio nobilitatis fieri debuit, praecipue si alicui ignobilitas fuerit objecta. Variae autem erant probationes nobilitatis prouti nempe aliquis 1o se natum nobilem esse asserebat, aut vero 2o nobilitatem dativam, seu sibi collatam, vindicabat.—

ad I. Si alicui asserenti se esse nobilem objiciatur ab aliquo nobili, ignobilitas, statuit Casimirus rex 1368 ut ad probandam nobilitatem suam inducat sex nobiles viros seniores, duos de stirpe sua progenitos, qui jurent quod sit de domo ac stirpe eorum paterna procreatus. Simile quidquam statuebatur in statuto Lithuanico Cap. 3. art. 10) ut scilicet 4 testes duos ex linea paterna et 2 ex linea materna inducat, et omnes sub juramento recognoscant, eundem verum esse nobilem. Legitimatio nobilitatis peragebatur in comitiis Palatinatus, quam legitimationem quandam status approbabant. Deinde temporibus nonnisi Tribunal denuo cognoscebat. Si quis ad judicium terrestre et tribunale regium citatus est

isto quod si ut nobilis in constitutiones (1607) citationem istam in comitiis electionis deputatoris palatinatus, in quo erat proerectus demonstrare, nobilitatemque suam deducere, et post deductionem, attestationem semper a nobilitate congregata petere, eandemque eorum judicio servari, et Tribunali regni praesentare debebat. juxta suum consanguineos inculpati ad praestandum supra dictum juramentum citabat. Comperto autem, quod aliquis nobilis cum non esset inculpati consanguineus, juramentum tale praestiterit, citatus semper, et convictus nobilitatem suam amittebat, ejusque bona actori adjudicabantur.

Constit. 1633 statuebatur ut in deducienda nobilitate praeter testes etiam testimonia authentica litteraria, uti reformationes, inscriptiones, divisiones, contractus, transactiones respectu bonorum immobilium producantur. Denique etiam libri metricales parochorum in actis judicialibus oblatnati (inscripti) in deductione nobilitatis valebant. Vi const. de 1655 Vol. IV fol. 539 a [illegible] praecautum fuit, ne sub praetextu igne quasi consumtorum actorum homines plebejae conditionis ad praerogativam nobilitatis perveniant. Ii nempe in aliquo palatinatu acta terrestria et castrensia igne consumta, vel ab hostibus direpta esse nobiles, hujus palatinatus, in deductione nobilitatis genealogiam suam intra decursum 3 annorum scribere debebant, atque ad acta publica proprii districtus, manifestatione de combustis vel ab hoste direptis actis per oblatam porrigere debebant. Contra quam genealogiam, si quis protestari voluit, protestationem manu intra sex annos et 6 menses exhibere debuit, quo facto is cui ignobilitas objiciebatur, per 2 testes ex linea paterna et 2 ex linea materna nobilitatem probare obligabatur; quod si vero intra praefatum temporis spatium Genealogia a nemine fuerit impugnata

n. revocat, quod dicit, neque probat eum eo talem prout asserebat, 60 marcis puniebatur. Idem valebat si ma-
trem ipsius personam corpore quaestum facientem no-
minaverit, nec assertum suum probaverit, in similem sub-
-iacit poenam & revocando dicere debuit, id quod sum
locutus mentitus sum sicut canis (Const 1347 Vol I fol. 31.)

De juribus atque prerogativis Nobilium

Nobilitatem describit Wieszkowski hoce verbis: Nobilitas
electrix regum, senatorum parens, judiciorum directrix
judicii robur, pacis firmamentum, tutela libertatis, quam
appellat fortissimum firmamentum nationis, barbari ipsi mirantur, hostes
horrent. [illegible] Praerogativae nobilium sequentes erant:
I. Nemo senator, officialis regni, v aulae regiae, castrensis aut
terrestris, nec non abbas aut canonicus in ecclesia ca-
thedrali, aut etiam in nonnullis collegiatis fieri poterat,
quam nobilis tantum; seu in genere ad dignitates & munera
publica nemo, nisi nobiles admittebantur. Tam vero no-
biles recenter creati, eorumve descendentes, usque ad 4 gra-
dum exclusive, seu sic dicti scartabelli a dignitatibus, publicis
muneribus, aliisque legationibus de regula excludebantur, adeoque
primo pronepotes ad eadem admittebantur. Nihilominus
tamen ad dignitates altius evehi, & in muneribus publicis,
constitui potuerant, qui: primo & proprio cum patrimo-
nio, patriam defendebant, & ex antiqua extra limites reg-
ni celebri familia proveniant: caeterum regnicolae lege scar-
tabellatus admittebantur, proinde in nobilitatis diplomate
vel legibus discernendis, praecisa scartabellatu, tum au-
tem occurrebat expressio, salvis legibus & statutis regni,
de scartabellatu. Quemadmodum autem posteriori tempore
tantum comitia nobilitatem conferre ita etiam a scartabellatu
liberare potuerunt.—
II. Nobilitas polona sola, habuit jus eligendi, inaugurandi, &
coronandi regem, & quod majus est, ipsi nobiles capaces
erant throni regii, uti recentia docent exempla in Michaele
Wisniowiecki & Joanne III. Sobieski qui nil nisi nobiles erant.

III.

III Nobilitas p[er] nuntios suos, in comitionibus electoris, in comi-
tiis generalibus regni leges sanciebat, bellum indicebat, foe-
dera componebat, tributa imponebat, cudendae pecuniae modum
praescribebat, omnemque reipublicae administrationem, in ma-
nibus suis habuit. —
IV Nullus nobilis possessionatus ob crimen commissum captivari ~~capturam~~ po-
test, nisi jure victus. Jam Ladislaus Jagello 1433 promisit
quod nullum terrigenam possessionatum, pro aliquo excessu
culpae capiet, aut capi mandabit, neu aliquam vindictam
in ipsum exercebit, nisi in judicio rationabiliter fuerit con-
victus. Idem statuit Casimirus rex 1454. quod scilicet nul-
lum nobilem captivari faciet, nisi prius fuerit jure convictus.
Sigismundus rex 1540 sequentem edidit dispositionem:
Nullus nobilis sponsione fidei per regem obstringatur
nisi jure victus, secus est in exercitio rei militaris, v[el]
ubi regi, v[el] cuidam subditorum regiorum actio intervenerit
cum eo, qua servitore factore, administratore, v[el] ubi rei-
publicae causa aliquid fit, contra quemvis agendum. Starowolski
innuit, quod nobilis possessionatus, etiam ob crimen perduel-
lionis captivari non poterat nisi jure victus. Excepti autem
erant ab hujus privilegii beneficio jam secundum statutum
Jagellonis 1433 1° qui in furto, v[el] in publico ma-
leficio, utpote incendio voluntario, raptu virginum
aut mulierum villarum depopulationibus et ipso actu fuerint
deprehensi, ~~qui~~ 2° qui malae erant famae id est in
maledicorum regestris ter notati.
V Bona haereditaria Nobilium, non poterant confiscari,
nisi ille, fuerit jure victus. Constitutio 1454 seu 1422.
Vol I fol 83 et 1496 Vol. II fol 248.
VI Domus nobilium instar anglicarum, ita, ut facinorosi ad
eam confugientes extrahi non poterant, sed nonnisi via
juris repeti debuerant. (Constit: 1588 et 1611, item Statuti
Lithuanici Cap 3 Art 47 legitur, quod habitantes in
domibus nobilium, si alicui injuriam fecerint, ipsi
domini harum domuum justitiam injuriatis absque cita-
tione et absque ulla procrastinatione administrent, in
absentia autem illorum judicium castrense judices, et justitiam

administrationi praerogativa vi Constit. 1611 etiam ad dolonicis spiritualium extendebatur. —

VII Nobilis occidens nobilem non parem ubi generaliter puniebatur poena mortis, sed solum mulcta pecuniaria 120 marcarum & resssione in turri per annum & 6 septimanas. quod si vero plebejum occiderit nobilis 1000 marcas solvendo ab omni poena liber erat & quidem vi Constitutionis 1631 — in Prussia autem homicidia sine discrimine, poena capitali plectebantur vi Constit. 1538. Denique per constit: 1768 statutum fuit, quod homicidia sine discrimine poena mortis puniantur, quatenus crimen homicidii per testes probari potuit, secus solum poena pecuniaria locum habuit, Idem valebat in Statuto Lithuanico Cap 7 Articulo I

VIII Nonnisi nobiles bona hereditaria terrestria, possidendi jure gaudebant, ideo bona terrestria etiam nobilitaria & nobiles poloni, ziemiani nuncupabantur statutum de anno Alberti 1496 Sigismundi August 1550 & consti de anno 1611. Per exceptionem tantum nonnullae urbes nonnullarumve urbium cives bona hereditaria acquirere potuerant. Ista etiam bona regia nonnisi nobiles possidebant,:

IX Quod si in fundis nobilium, metalla v salis fodinae v alia similia reperirentur, ea omnia ad nobilem dominum fundi spectabant, nequaquam vero ad regem, aut rempublicam, ita sancitum habetur in articulis Henricianis 1573 tum constitutione Stephani regis 1576 & pactis conventis cum Michaele & Joanne III

X Si nobilis sine liberis demortuus erat, non potuit rex bona ejus paterna v materna, jure caduco alteri conferre, si cognati ejus ex utraque linea usque ad 8 gradum inclusive superfuerint. Constitutio anni 1588 Vol. II fol. 1209. Sterilibus autem nobilibus, ne bona eorum, jure caduco ad Fiscum regium devolvantur permissum erat ea alienare. Constitutio anni 1569 —

XI Si aliquis subditus ex bonis nobilium sterilitas decesserit, bona ejus non fisco regio, sed domino fundi cedebant, salvo

salvo tamen jure proximorum Constitutio 1588 Vol II fol 1209
Quodsi vero aliquis extraneus, sine liberis decesserit, bo-
na ejus successoribus intra 3 annos sese insinuantibus
quem in finem 3 vicibus quovis anno citari debuerunt, cade-
bant; jam vero successoribus, intra tres annos sese
non insinuantibus, ad Fiscum regium devolvebantur, attamen
semper 10ma pars, civitati, Urbi aut domino fundi relin-
qui debuit, Constitutio de anno 1768 Vol VII fol 661, & Constituti
1778, Vol VIII fol 955.

XII quodsi nobilis aegrotus coram delegato a rege dispositionem
de rebus suis quibuscunque fecerit, [illegible] adeo firma & valida
censebatur, ac si coram judicio, vel actis publicis insinuata
fuisset, Statutum Sigismundi Augusti 1556 anni —

XIII Nobilitas antiquis temporibus, in subditos glebae suae ad-
scriptos habuit jus vitae ac necis —

XIV Miles in bonis terrestribus nobilium milites stationem
habere vetuit Constit 1588 & 1653, 1661, 1676 anni

XV Nobiles eorumve subditi, liberi erant a solutione telo-
niorum, tam terrestrium quam aqualicorum, a foralium
a frumento, bobus, & similibus rebus, proprii laboris,
dummodo per se, aut per famulos, & factores suos, juraverint,
quod res aut merces, non sint emta lucri gratia, sed per eos
de propriis collecta, & in proprium usum destinata, quo
juramento praestito, nobilis, sive aqua, sive terra, merces
proprias sui laboris, seu domesticas, ducens, liber erat a so-
lutione telloniorum, hoc juramentum in primo tellonio praestitum
in aliis telloniis non debuit iterari, sed juravi, nonnisi lit-
teras juramenti significatorias, ex actis illius officii ubi
juravit, praesentabit, quibus ubivis fides danda erit, haec ta-
men praerogativa cessat, si ob urgentem reipublicae necessita-
tem, in comitiis generalibus regni, consensu omnium
ordinum statueretur, ut etiam nobilitas ab omnibus re-
bus ex bonis suis extra limites regni transportandis
vectigalia solvat, Constit de 1629 & 1631

XVI Privilegiati etiam erant nobiles in emendo sale, [illegible] in
nonnullis urbibus Poloniae minoris & majoris, Masoviae
& Russiae, depositoria salis seu in dictis cameris erant
erecta; praefecti & notarii horum depositorum adoptionem

salis ex fodinis, ad cameram suam in locis oppidorum publicis publicare tenebantur, post factam ejusmodi publicationem per 4 septimanas soli nobilitati, sibi tantum ad usum proprium domesticum salem vendere potuerant, lapso dicto spatio 4 septimanarum, data est iisdem nobilibus facultas, hominibus cujuscunque conditionis & sexus, pro arbitrio salem vendendi Constit. de anno 1567 & 1680)

XVII. Nobiles, nonnisi coram Foro Nobilium, id est judicio castrensi v. terrestri conveniri potuerant, extra forum Nobilium, non licuit convenire nobilem sub poena evocationis, (id est non licuit eum extra forum evocare) dabantur tamen casus, ubi etiam nobiles in judiciis civitatensibus valide conveniri potuerant, & quidem 1º ob vim, per nobilem ejus servum, aut subditum, in urbe quadam alicui illatam. 2º si nobilis in urbe quadam possessionatus fuerat, eo tum in lite ratione hujus possessionis orta, coram judicio civico respondere debuit. Poena evocationis erat poena pecuniaria, quam quis ideo luere debuit quod nobilem coram judicio incompetenti conveniebat, itaque 1º si quis nobilem ad judicium castrense citabit, qui in judicio terrestri conveniri debuit, aut qui 2º nobilem ad Forum spirituale citabit, pro re mere saeculari, aut 3º coram judice, extra proprium districtum, jurisdictionem exercente suae consortem contraparti convenit, poenam evocationis solvere debuit. Evocationes extra Forum, primum constitutione de anno 1496 Vol I fol. 256, & 1511 Vol I fol. 376. sub poena 14 marcarum, prohibitae extiterunt, semper evocatus, cum adjudicatione poenae ad proprium remittebatur districtum, hoc nomine Remissa, veniebat, a dein emanata constitutione praecipue illa de 1768 Vol VII fol 729 poenam evocationis ad 1000 marcas auxit, & decreta a foro incompetenti prolata pro nullis declaravit.

Praerogativae hucusque expositae, non cuicunque competebant nobili, sed ad solos nobiles indigenas spectabant. Qua indigenae autem illi reputabantur, qui patre polono Lithuano, aut terrarum, regno aut magno ducatui subjectarum indigenae

indigenat nati sunt, huic o sti parentibus extraneis licet, intra regni magni ducatus fines in lucem editi, in iure pro peregrinis habentur, dum e contra indigenarum filii, quamvis extra limites regni procreati indigenis censentur aequales. Itaque qui exteri in Polonia degunt, aut in Polonia patre extero nati sunt, illorum iurium participes esse nequeunt, verum necesse est, ut publico scito inter indigenas recipiantur. Antiquis temporibus res aliter se habuit. Advenae ex aliis regnis, postquam stabilem sedem sibi elegerunt, statim admiscebantur indigenis, ejusdemque cum hisce erant conditionis: qui mos viguit usque in medium seculi 16. tum primum placuit indigenatus publico scito creare. Vi constit. 1641 Vol. 4 fol. 120 indigenatus non aliter quam in comitiis, ordinibus consentientibus conferri potuit, ea de causa nomina illorum, qui indigenatum impetrarunt, in Constitutionibus leguntur. Una constitutione inter alia de 1641 statutum habetur, quod indigenatus obtenti, pro nullis sint habendi, nisi in Constitutionibus memorentur. Indigenatus, nisi vere nobilibus, et bene meritis conferri potuit, quamobrem, ab indigenatum impetrantibus exigebatur, ut in Comitiis coram ordinibus merita sua demonstrent, et nobilitatem suam authenticis documentis, principis sui, v. reipublicae, in qua nati sunt, probent; salva ordinum cognitione num indigenatu digni sint, nimirum (Const. 1641.) Ipsa corroborata, a rege aut exercituum ducibus, si rebus bello gestis insignes extiterunt, comitiis palatinatus nobilitatis commendari debuerant (Const. 1676. Vol. V fol. 407.) ipsi vero Candidati in comitiis palatinatus nobilitatis fere minuere tenebantur, ut ab eadem, in Comitiis generalibus commendentur, quo secus ipsis indigenatus conferri non potest. (Constit. 1676 Vol. V fol. 446)

Quando illis qui in exteris terris degunt indigenatus obveniebat, conditio illa, ut in Poloniam domicilium suum transferant, interdum solebat adjici. Constitutio de anno 1659 Vol. IV fol. 384, interdum vero omittebatur. Medio Constit. de anno 1662 Vol. 4 fol. 870) indigenis creatis demandatum habetur, ut bona terrestria sibi compararent irrito alias indigenatu, una constitutione de 1775 Vol. VIII

folio 293 stabuebatur: quod si alicui in Comitiis, cum consen-
su Statuum, indigenatus fuerit concessus, nihilominus tamen
diploma ejusdem ex Cancellaria regni ei extradi nequeat,
quousque possessionem bonorum terrestrium pro Summa 1000
millium flor. pol. acquisitam, non probaverit, quam possessio-
nem in spatio unius anni, acquirere debuit, quo se-
cus eo ipso, indigenatus expiraretur; imo ad indigenatum ad-
missus ante decursum 20 annorum possessioni terrae exuere
nequiverat, sub rigore amissionis nobilitatis suae) —
Cujus tamen legi non inhaerent in exercitio bene meritissimi,
per vi Constitutionis de anno 1662 indigenis creatis
demandatum extitit, ut in comitiis coram rege et
ordinibus regni, juramentum fidelitatis praestarent,
(atque in numerum civium recipi sentutur)
quo secus eo ipso facto indigenatu in perpetua tempora
exciderent.) Eadem constitutione declaratum habetur,
in tantum servire indigenatum, in quantum quis reli-
gionis romano catholicae sit, hinc novi indigenae, non ro-
mano catholici, monentur, ut hanc religionem am-
plectantur Const. 1763 Vol. V fol. 1683, & 1685 Vol. V
fol. 673 & 701, nisi proinde qui indigenatu exciderent
haberi velint (Vi Const 1726, 1736 Vol. VI fol. 454 & 677
novi indigenae tantum per constitutionem talia de-
clarabantur, iidem simul ex Cancellaria litteras obtine-
bant, hic tamen notandum est, quod Polonis indigi-
natus Prussicum nequaquam continebat qui jura
tum in Prussia impetrandum erant, neque Poloni
in Prussia indigenae erant, non fiebat ideo in Prussia
indigena cui indigenatus in Polonia collatus fuerat,
quia ipsimet Poloni in Prussia indigenae non erant,
nisi ibidem indigenatum impetrarent. Prussia habuit
peculiare jus indigenatus, vi cujus omnes qui non
erant Prussi pro exteris habebantur. Nobiles qui
indigenatum impetrarunt, nobilibus recenter crea-
tis, in eo aequiparabantur, ut tertia demum progenies
dignitates & bona regia consequi posset, nisi meritis
conspicui

conspicui, aut, ex antiquis familiis exteris proveniant, — porro distinguendi et nobiles posessionati, a non

posessionatis

quoad jura civilia nullum inter eosdem intercedebat discrimen. Nemini ad munera quidam nobiles posessionati admittebantur. posessionati vocabantur ii qui bona terrestria titulo proprietario possidebant; alii vero non posessionati nuncupabantur; idea posessio apud Polonos vocabatur bonum terrestre hæreditarium vel jure proprietario posessum; jura posessoris vero nuncum temporis illis quoque serviebant, qui 1o titulo pulioritatis v 2o titulo obligatores v 3o emphiteutico bona terrestria tenebant.

Ad nobiles posessionatos referebantur adhuc 4o qui bona regia v ecclesiastica possidebant, hica vocabantur tenutarii v demum 5o qui duxerunt uxorem feminam posessionatam aut dominam.

Ad dignitatem tenutoris obtinendam omnino necessaria fuit posessio hæreditaria, vel saltem obligatoria. Idem etiam requirebatur ad acquirenda munera subcamerariorum deputatorum et legatorum. Si in posessionato ob merita dignitas quaedam collata fuerit, nic nieopuszczono.


Intra medium annum posessionem quaerere debuit. Qui munus deputati ambibat, debuit probare, quod adminimum jam ante unum annum, posessionem hæreditariam v obligatoriam nactus sit. # statutum est videtur, cum facile evenire potuisset, ut aliquis munus deputati obtenturus, brevi tempore ante electionem, ab alio quodam expeteret, ut posessionem in ejus nomen, pro tempore muneris inscribi permitteret Const: 1764 anni Vol. VIII Fol. 340 & 382. Ut aliquis vocem activam in comitiis palatinatus capacitatem dandorum suffragiorum haberet, sufficiebat,


Id ad evertendai legum illusiones

quadam cum nuper memoratas possessionem habuisse,
vel saltem filium possessionati nobilis, in eodem palati-
natu habitantis, fuisse & aetatem 18 annorum ~~habuisse~~ probavisse.
Praemissa jura aliasque praerogativas amittebant:
(1o) Banitae seu illi, qui contra se Condemnatam habebant,
tum Bannitae; ex regno ob crimen relegati — inter Banni-
tas, ob crimen commissum factos, & Bannitas medio Condem-
nata declaratos, hoc erat discrimen, quod priores bona, hono-
rem, omniaque in comitiis activitatem, & jus de bonis suis
disponendi & transactiones ineundi amittebant, posteriores
vero, amittebant nonnisi jus ad officia publica, & hoc solum-
modo tamdiu, donec processus terminatus, & decreto
satisfactum fuerit, Condemnata vero facit ~~fuerit~~ decretum
in contumaciam datum quarum condemnatarum, regula-
riter tres requirebantur, ut vim rei judicatae in nego-
tio principali habeant; priores communiter, tantum poe-
nam poenuniariam in se continebant, cum autem apud
Polonos executio tam poenarum quam decretorum valde
fuerit difficilis, praesertim, si condemnatus erat persona
ditior & honoratior, huius mens legislationis Polonae eo
tendebat, ut indirecte ad satisfaciendum decretis cogantur,
id est: pars jure vincens habens condemnatas adversus suam
contra partem latas, condemnatas hasce, in comitiis palati-
natus nobilibus praesentabat, quodsi condemnatus, con-
demnatis seu decretis satisfactum esse, edocere non potuerit
nullum munus publicum obtinere potuit, & si jam in
munere quodam fuerit constitutus, vocem activam amitte-
bat, quare, si quis condemnatam contra se habuit, &
ad munus publicum concurrebat, a condemnatis se prius
eliberare debuit: Const 1726 Vol VI folio 418.)

NB condemnatio haec [illegible] viribus fiebat donec praesentari potuit

(2o) illi quoque nobiles possessionati, praemissa jura alia, praero-
gativas amittebant, qui artem quandam mechanicam, vel mer-
caturam talem exercebant, in qua mensura ulna vel
vernetasse ubi necesse erat Const 1609 Vol II fol 960
Const ann 1677 Vol V fol 13 ubi & proles nobilis amittebant





No VI

6/11

Jus Poloniae anteaitum

Zeszyt szósty

Adam Brochiński

w

Lwowie

1840 r.

No 2

Gdy cię Pani ma przytomność nudzi, —
Gdy natury uśmiech przyjemniejszy,
Drażniąc pięknej twej istności ~~[illegible]~~ [illegible]
Twe uroczé oko wdzięczniej ludzi; —
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~

Moja bieda moja droga

per statuto Alexandri regis 1505 Vol I fol 302, eos quoque nobiles appellandos esse censemus, qui non exercent ejusmodi artes, quas communiter cives, et qui in civitatibus morantur exercere solent; per contrarium enim usum nobilitas ipsa in popularem et plebejam conditionem transire solet. Jam vero plurimi scriptores in eo conspirant, quod deserto mercaturae exercitio, nobilitas reviviscebat, quod ideo ejusmodi personae rehabilitationem in comitiis obtinere nuere. —

III. Etiam ille nobilis amittebat prerogativas nobilitatis, qui ignobilem ad arma sua gentilitia suscepit, vel pro ipso testimonium dedit, et eundem pro consanguineo suo agnovit Const: 1633,

IV Si nobilis, cum non esset inculpati, id est: illius, cui ignobilitas fuerit objecta, quive per consanguineos nobilitatem suam demonstrare debet, consanguineus, nihilominus tamen juramentum prestitit, et talis semper et convictus nobilitatem amisit Const 1601. —

V Amittebat nobilitatem, qui pro infami fuerat declaratus

VI Adimebatur quoque nobilitas iis, quibus absque ullis meritis concessa fuit prout id ex constitutione anni 1678 Vol V fol pag 695 tit: deklaracya o honorowej schlachcie videtur at a supremis statibus iisdem rursus conferri potuit.

Bona regia

Ab initio omnia bona in illimitata regum potestate erant, qui, jure suo utentes, ejusmodi bona plerumque inter privatos distribui solebant, ita quidem ut alia bona in arendatorum alia in pignoratitiam possessionem tradita, alia iterum pro capiendis expensis mensae regiae destinata, alia denique officialibus in usum concessa fuerant. Dlugosz jam memorat Casimirum magnum donasse nobilitati ex suis bonis, villas, pagos, oppida et integros tractus, sicut et etiam successores reges. Postquam vero Ludovicus rex Hungariae in Polonia rex creatus fuerit, status regni, tum in electionem regis, tum in jura regalia magnum influxum habere coeperunt; itaque videntes quod hac libera dispositione regis, cum bonis regalibus, bona ipsa nimis

nimis diminuerentur, ita, ut nequidem pro suppeditan-
dis expensis aulæ regiæ sufficerent; regni administran-
dis his bonis limites quosdam ponere, itaque orta sunt
paulatim diversæ species bonorum regiorum, quorum præcipua
sunt: I capitaneatus, II bona mensæ regiæ, III advocatiæ, IV cultu-
riæ; vocantur bona regia ideo; quia antiquissimis
temporibus patrimonium regum erant, eorumque no-
mine a præfectis seu procuratoribus administrabantur,
aut vero privatis certo pretio locabantur. Mansit bono-
rum regiorum nomen, etsi fructus eorundem ad priva-
tos transierint, ne scilicet illorum origo & prima conditio
oblivioni traderetur, quæque a privatis possidebantur, non
regis, sed reipublicæ usibus cedebant, ut hæc bona non am-
plius regis, sed quasi reipublicæ propria, a rege privatis
conferrebantur. Dicuntur bona regia, etiam "panis bene
merentium, ideo: quia meritos insignes illorum proven-
tibus, veluti pane uterentur.

I. Bona mensæ regiæ

Vocabantur illa, quæ pro expensis mensæ regiæ omnisque
rei domesticæ, cujus cura, oeconomia dicitur, simul
pro salario officialium aulæ destinata erant. Antiquissimis
temporibus, principes amplissimas habebant possessiones,
quæ autem successu temporis donationibus, & venditio-
nibus, semper semperque nimis diminuebantur. Etiam
reditus eorum cessabant, cum privatis in usumfructum
per annum vitam concederentur, vel oppignorarentur. Im-
minuto tali modo bonorum regiorum numero, proventus eorun-
dem supplendis indigentiis aulæ regiæ haud sufficiebant; ideo
jam Alexander rex 1504 anno statuit: quod bona mensæ regiæ
nec alienari, neque oppignorari possent, nisi in usum rei-
publicæ, & Senatorum in comitiis consensu; si quis ad ea
bona, absque permissione statuum regni pecuniam mutuasset,
set, amissione pecuniæ mutuatæ plectendus sit, his verbis: —
„Quoniam de bonis mensæ regalis, status regni, etiam spe-
„cialem habere consuevit provisionem, et illis non habitis
„necessario status Majestatis regiæ, publicis auxiliis deberet

„sustentari, hoc vero onera in regno contingunt ferenda,
„ut etiam publicis auxiliis insufficibile eet satisfacere,
„providendo statui regio, necessitatibusve occurrentibus,
„ut igitur successive omnia bona mensae regiae vinci
„valeant, statuimus: quod bona regalia, dum eximentur
„vel si quoviam modo ad regiam Majestatem devolventur,
„amplius non donabuntur, nec alienabuntur per Majesta-
„tatem regiam, nisi in generali conventione pro necess-
„itate reipublicae consentirent consiliarii. Propter quod
„regiae Majestatis neminem amplius ad summas priores
„in bonis regalibus adscribet quidquam, et si inscriptio-
„nem fieri contingat, etiam in generali conversatione
„consiliariis consentientibus, nihilominus perpetuo obser-
„vandum, quod nemini aliqua bona mensae regiae Majestatis
„regiae deberet inscribere, absque conditione extenuationis

ut quod proventus imposuerit.

„~~conditionum~~. Qui vero contra praesens regium statutum, pecuniam
„ad bona regalia dedit, ille perdit et honorem et pecuniam
„inscriptam." Subsequis constitutionibus id autem praedisposi-
tum fuit, ne bona mensae regiae pacitum, et etiam
cum omnibus attinentiis, pensionibus onerentur, nec in unum
tinctum et aviticalitiam possessionem clarentur, secus,
quivis, qui hoc bona oneraret, et aviticalitium unum
eorundem obtineret, poena afficiendus. Vetant quoque leges,
ut bona mensae regiae earumve proventus, ullo modo
minimum, aut ultra justum pretium locari, eosve, qui in
obversum harum legum, possessionem eorundem acquire-
rent, poenae in publicas regis et reipublicae hostes statutis,
subjiciuntur. Sed Sigismundus III et Vladislaus IV possessionis
horum bonorum privatis concesserunt, tamen jam constitutione
de anno 1635 Vol III fol 853 omnia irrita declarabantur,
quaedam Vladislaus IV largitus est; et constitutione de anno
1638 Vol III 855 folio, possessoribus bonorum mensae regiae
injunctum extitit, ut possessione cedant, et litteras regias,
seu instrumenta modo privilegiorum restituant; item
rex Michael confirmavit omnes leges, intuitu non conce-
dendae possessionis bonorum mensae regiae latas, omniaque alia
antecessoribus suis, in damnum mensae regiae sine consensu

-reipublicae contextu intulit, & talia a se haud concessum iri spopondit, eumve infamem & carcere p° nedum anum coercendum pronuntiavit, qui ejusmodi privilegium impetraturus esset. Nihilominus tamen cum consensu ordinum, bona mensae regiae, privatis conferri potuerant, quod jam in statuto Alexandri regis 1504 fundatum. Ut autem de ordinum consensu constet, debet omne id, quod ex bonis oeconomicis detrahitur, in constitutionibus recenseri; quae ergo bona mensae regiae cum consensu ordinum possidebant, illis eripi non poterant, sed pro legitimis possessoribus habebantur. Bona & proventus ad mensam regiam pertinentes, saepe saepius privatis locabantur (vi Constitutionis anno 1638 Vol III fol 928 (Cf. tum 1670 Vol V fol 65) semper plus offerenti, in arendatoream possessionem erant dimittenda. At vero nonnisi nobilibus indigenis & possessionatis locari potuerant, etenim praecitata constitutio de anno 1638 tantum de nobilibus loquitur. Pacta Michaelis & sequentium regum non tantum homines equestris ordinis, sed etiam possessionatos exigunt,+ irrito cum plebejis & extraneis contractu. Judaei in Augusti II & Augusti III pactis nominatim recensentur, iisdem, cui et plebeji poenis obnoxii erant. Stanislaus Augustus promisit, ipse ad quorumvis bonorum administrationem judaeum, nullo titulo admissurum, & si in iisdem, ab aliquo deprehensus fuerit, illum ipso facto pro infami habendum esse. Confoederatio generalis de anno 1764 titulo deputacyi do rachunków, extraneis judaeis & plebejis etiam dissidentes addidit, prouti in minuendis, ita etiam in augendis bonis oeconomicis leges regis potestatem circumscripserunt; ideo promisit Sigismundus III illas possessiones ex numero oeconomiarum eximere, quas sua autoritate adjecisset, dicendo: "Oeconomias ultra has, quae sunt in jure descriptae, non augebimus & auctas amultabimus." (Const 1607) Omnes reges succedentes, inde ab Ladislao II promiserunt, se bona mensae regiae sine ordinum consensu non aucturos. —

+ h.e.: ut sint tales —

Bona mensa regis in Polonia praecipua erant: I Salisfodinae Wieliczenses, Bochnienses, fodinae Olkusienses argenti & plumbi feraces, in palatinatu Krakowiensi II Praefectura: Sambariensis & Sandomiriensis, oeconomia Marienburgiensis, magna procuratio Cracoviensis, polonice: wielko rzady krakowskie, nomen inde habet, quod certorum proventuum & bonorum, circa Cracoviam, procuratio, quae nimis ampla fuit, in commodum thesauri regii, privato mandabatur, qui inde magnus procurator seu <u>wielko rządca</u> appellatur, ac nomine regii procuratoris generalis castri & terrae Cracoviensis jam a Casimiro magno 1356 memoratur —

III° Portoria Elbingense & Rigense

Bona oeconomica, hoc privilegio gaudebant, quod ab exactionibus, transitibus, stationibus, aliisve oneribus militaribus, tum iis quae singuli palatinatus & tractus sanciunt, immunia erant, & solis comitiorum <u>scitis</u> obligabantur (Const 1673 Vol V fol 108, tum 1703 Vol V fol 106 1717 Vol VII fol 295)

Immunitas a hibernis a Stanislao Augusto in pactis conventis erat in specie confirmata.

II <u>Starostwa. Capitaneatus</u>

quasi tractus quibus seniores imperiti; antiquissimis enim temporibus, a tali praesidiores iisdem praeficiebantur. Capitaneatus erant bona regia, quae personis privatis vel officialibus, in temporaneum, v. advitalitium usumfructum dabantur, erantque triplicis generis: 1° <u>Capitaneatus castrenses, seu cum jurisdictione</u>, (Starostwa grodowe) quorum capitanei seu praefecti judicia nobilium exercebant, quae quia in castro seu in arce agebantur, castrensium nomen habebant, ipsique capitaneatus castrenses vocabantur, in quorum numero, inter alia pertinebant: Cracovia, Biecz, Sandec, Wojnicz, Sandomir, Lublin, Radom, Piotrkow, Kruszwice, Kalisz &c

2° <u>Capitaneatus, sine jurisdictione</u>, p. Niegrodowe: id est illi, qui ejusmodi arcem seu castrum non continebant, in quo judicia exercebantur, possessores ejusmodi vocabantur: <u>tenutarii</u>, & capitaneatus ipsi: <u>tenutae</u>, a tenendo

-sic dicti, quorum munus amplior erat, quam Capi-
-taneorum cum jurisdictione)—

3°) Capitaneatus limithrophii (: pogranicznego) qui in limi-
tibus regni siti erant, quorum possessores obligan-
-bantur regnum contra hostes defendere; ideo Capitanei
limitanei, obligabantur in castris suis seu arcibus
residere, ibidemque semper praesentes esse, praecipue tem-
pore periculi; idque sub poena privationis Capitaneatus
nisi a rege facultatem, de loco suo discedendi ob-
tinuerint Const (1662, 1635 & 1620). Capitanei limi-
tanei aeque ac castrenses, juramentum praestare debu-
erant.—

Capitaneatus nonnisi nobilibus indigenis possessiona-
tis, id est, illis qui bona terrestria in istis palatina-
tibus & terris, in quibus Capitaneatus siti erant
possidebant, conferri potuerant, idque sub nulli-
tate privilegii possessionatis concessi.—

* Jam Sigismundus Augustus 1563 statuit, nullum extra-
neum vel descendentem ex genere brutali capitaneum esse
posse sed tantum Nobilem Polonum. Ludovicus rex anno
1374 ita statuit "promittimus quod nullum de baronum, mi-
"litem seu nobilem, vel alium cujuscunque conditionis extra-
"neum, hospitem seu alienigenam, praeter ipsam nationem
"Polonum, in Capitaneum praeficere vellemus; nisi
"talem, qui sub eadem corona de gente polona sit orium-
"dus, dummodo is descendat de stirpe brutali.

(margin: ex his patet, posse Capitanei[illegible] nonnisi conferri posse Nobilibus possessi[illegible])

Capitaneatus autem possessio talis esse debuit sicut aliorum offi-
cium, id est, in ficta, non realiter acquisita. Nihilomi-
nus tamen Capitaneatus sine jurisdictione, rex etiam
impossessionatis conferre potuit, dummodo sint nobiles
indigenae (Const 1562, 1588). Capitaneatus judiciales aeque
ac limithrophii non poterant conferri, pueris, aetatis
discretionis nondum habentibus, sed personis dignis, de
republica bene meritis, atque justam aetatem agentibus.
Non potest enim de republica bene mereri, nisi, cui
justa est aetas, & ad negotia convenienti dexteritas (Const.
1589, & 1607) Justa autem in Polonia habitur aetas

atat. 24 annor.
Porro capitaneatus castrenses, nonnisi maribus, iisque tantum, qui ad obeundum munus judicis requisitis qualitatibus instructi erant; ita quoque capitaneatus limistrophii viris probatae fortitudinis, non vero foeminis conferebantur. Jam ex recitata lege Sigismundi Augusti de anno 1563 et Ludovici de 1374 patet omnes ex familia principum et ducum descendentes a Capitaneatibus exclusos fuisse; ex inde vero id quoque patet, quod etiam ignobilibus et principibus cum consensu ordinum regni, terra Loice in possessionem dari potuerant.
Vigore statuti Casimiri IIIi 1454 Palatinus in suo palatinatu, et Castellanus in palatinatu et terra, in qua erat castellanatus, capitaneatum cum jurisdictione habere non potuit.
Praeter palatinum et Castellanum Cracoviensem, qui ibidem simul Capitaneus esse potuit, quae etiam ex Statuto Sigismundi I 1538 et Const. 1562 Vol. 2 fol. 619 confirmata habentur.
Jam vero extra suum palatinatum, palatini, et Castellani Capitaneatum cum jurisdictione legitime acquirebant, sine in suo palatinatu Capitaneatum sine jurisdictione et advocatias valide possidere poterant. In Lithuania aliud obtinuit, et in Prussia soli palatini, Capitaneatum cum jurisdictione habebant, ita, ut palatinus in suo palatinatu simul Capitaneus cum jurisdictione fuit (Const 1607 Vol. 2 fol. 1605.) personas spirituales, ad acquirenda bona regalia incapaces declaravit.
In comitiis anni 1662, postulabant foederati exercitus, ut uno anno cives togati, altero militares bona regia reciperent, quibus regio nomine responsum: deberi singulis annis mensibus quatuor militibus servire, ut, quae illis vacua fierent bona regia, nisi militibus bene meritis obvenirent. Sequebatur Const. 1662 Vol. 4 fol. 839 in qua quatuor isti menses nominabantur sc. 7bris 8bris 9bris Xbris, quibus bona regia viris militiae conspicuis habita ratione commendationis ducum utriusque exercitus, conferenda erant, salvo tamen jure Capitaneatus cum jurisdictione nonnisi illis, qui in terra

tere illa possessiones habebant, conferendi; hinc ex hac causa vocant leges 4 illos menses, utilitarex, quos observatum iri a Augusto III et Sigismundo II in pactis suis promiserunt. Erant apud Polonos certa munera, quae duo uni conferri nequiverant, hinc incompatibilia vocabantur, sic constitutione 1562 Vol II fol 619 prohibitum erat, duos Capitaneatus cum jurisdictione simul possidere, sub poena confiscationis bonorum & 100 marcarum. Qui vero suis precibus alterum ejusmodi Capitaneatum obtinuit, unum eorundem in instanti dimittere obligabatur & in specie is Capitaneus castrensis Palatinatuum, cui ejusmodi Capitaneatus junctus erat, obtinere, priorem Capitaneatum dimittere ipsum oportuit; ratio hujus legis haec est, quod munus judicis, in duobus diversis locis, uno eodemque tempore exerceri nequeat. hanc legem sequutus est Stanislaus Augustus, uni personae duos Capitaneatus cum jurisdictione se non daturum promittens. Idem ipsum continetur in Augusti III pactis; hisce verbis: "Ne cui alicui dignitati Capitaneatus castrensis annexus fuerit, sive in hoc sive in alio palatinatu, alter ejusmodi Capitaneatus conferatur —

Duos capitaneatus cum jurisdictione possidere non posse, jam diximus, at penes Capitaneatum cum jurisdictione potuit quis Capitaneatum sine jurisdictione vel Advocatiam valide obtinere. Quod vero attinet Capitaneatus sine jurisdictione eorum plus quam duos ampliorum redituum nemo obtinere potuit. Quodsi vero Capitaneatus essent tenues rex unam adhuc tenuem #

tenuitam addendi potestate gaudebat; quodsi autem alicui jam habenti duos propter merita tertium majorum redituum adderet, idem statim alterutro priorum cedere debuit, idque quia vacuum rex alteri conferre potuit. — Singulare quidquam &c;

singulare quidquam in bonis regiis quoad successionem obtinebat. In bona regia cum consensu regis uxor & liberi succedere poterant, jus uxoris serviens, succedendi in bona quae maritus possidebat, vocabatur jus communicativum, ideo: quia mariti jus cum uxore communicatur, ita ut sola post illius decessum, potestate bonis fruendi gaudeat, vocatur quoque advitalitas uxori concessa, quod jus ad finem ejus vitam durat, ita: ut licet ad secunda vota transeat, bona regia ex priori matrimonio retineat

quae

qui bona alteri quoque marito relinquere potuit, regis consensu praecedente; sta quoque maritus, novo ejusmodi consensu regis indigebat, quando uxore defuncta, alteri uxori, jus communicativum parare voluit, numquam tamen foemina, post decessum mariti sui plus quam duas tenutas possidere potuit: jus communicativum itaque ad duo bona regia restrictum fuit (Const 1662 Vol 4 fol 829) Cum pacta conventa Augusti II: § III).

Nonnisi in capitaneatibus cum jurisdictione & limitrophis, jus communicativum locum non habuit, & obtentum nullius erat valoris, etenim foeminae tam ad exercendam jurisdictionem, quam defensionem regni parum idoneae creduntur.

Quod vero attinet successionem liberorum in bona regia, id notandum: quod hoc jus non tantum pro filiis sed etiam pro filiabus obtineri valuit, sed illis autem filiis legibus quod uxoribus, capitaneatus cum jurisdictione & limitaneos possidere interdictum, sequitur, quod iidem ad filias quoque extendi valeant. Filii vero, si pro iisdem successio in capitaneatus cum jurisdictione impetranda est, ejus aetatis & ingenii esse debent, ut judicia exercere valeant, (Const 1562 Vol 2, fol 615.)

Conferebantur a rege in Polonia bona regia (exceptis sic bonis mensae regiae, aut soli privilegiato in temporaneum, aut privilegiato ejusque successoribus, in advitalitium usumfructum. Bona regalia data alicui ad certum tempus, ad haeredes ejus non transibant, sed ususfructus, cum morte illius cui fuerint data, cessabat (Const 1562 1566). Quodsi vero advitalitas & prolibus data fuit, eo tum una tantum prolium vi alia advitalitate gaudebat. Si advitalitas, patri & filio fuerit data, pater eam filio cedere non potuit, exceptis: capitaneatibus castrensibus, quatenus filius qualitatibus ad munus judicis instructus erat. Quodsi bonum regale pluribus fratribus in advitalitiam possessionem obligatoream traditum fuerit, post mortem unius fratris, reliqui non succedebant, in advitalitate, sed nonnisi in summam mutuatam. Advitalitas

duobus fratribus data, uno mortuo alteri non cedebat. Ad vitalitatem uxori & marito data possessio bonorum regiorum uno illorum mortuo, alteri in advitalitatem cedebat (Const 1550 Vol II fol 593:) (: const 1562 Vol. 2 fol 615:)

alia species bonorum regiorum III Advocatiae Wojtostwa & IV Scultetiae (: Sołtystwa:)

Advocatiae & scultetiae capitanealibus sunt minores, ita ut agros aliquot jugerum, prata molendinas, vicum aut unum aut plures etc contineant. Orta videntur cum Duces aut reges olim terras incultas privatis concederent, ut ad agriculturam redigerentur, alias villae & vici conderentur; Data illis in novos colonos jurisdictione cum aliquot in usum fructum jugeribus, & aliis quibus in commodum suum uterentur; harum aliae capitanealibus quondam fuerant incorporatae, ita ut jam illorum partem efficiant – aliae urbibus donatae, aliae vero separata corpora constituentes, per se existebant. His postremis competebat jurisdictio in personas ibi habitantes: dabantur itaque advocatiae cum & sine jurisdictione.

Advocatiae cum jurisdictione existebant plerumque in urbibus capitanealibus formabant corpora separata, fruebantur juribus dominicalibus & dabantur in usumfructum ad vitalitium. Advocatiae sine jurisdictione erant liberi hospitales fundi, & his similes minores liberae rusticales possessiones, a persolvendo tributo fundali eliberatae. Conferebantur ita, prouti & Scultetiae militibus emeritis, cum obligatione servitia militaria praestandi

Prima lex de scultetiis adhuc sub Casimiro Ao 1340 lata fuit, qua omnibus scultetiis obligatio injuncta fuit regem ad bellum comitandi. Statutum ligiae mundi I russiae injungit, tam regios quam privatorum scultetis ut servitia militaria praestent.

Medio constit: 1347 Vol I fol 30 scultetis praecipua obligatio, dominis suis obediendi, imposita habetur, idque personis altioris status; prohibitum erat, sculteliam cum aliqua villa, absque permissione Domini acquirere; facta autem contra voluntatem Domini acquisitio, nulla ac irrita alias

clarabatur.
Verba praecipitata const: ita sonant " Cum officium sculteti semper extat servile, & ad nutum Dominorum suorum stare, facere jure teneantur, idcirco, ut est majores aut potentiores personae in scultetiam aliquam praeter Dominorum voluntatem assumantur, ideirco visum fuit nostris baronibus, ut nullus miles, aut alius quicunque illustris, emat, aut acquirat ubi in aliqua villa sculteliam, praeter illius villae possessoris suo Domini sive patroni voluntatem; factam autem emtionem contra hoc statutum, decernimus irritam & inanem." Sculteti inobedientis fundum, Dominus vendere, v pro se retinere potuit. (Const 1420 Vol I fol 79)
Sculteto sine permissione Domini possessionem suam vendere v oppignorare prohibitum erat, sub poena confiscationis pretii eidem vendito v summa mutuatae (Const: 1575 Vol I fol 374)
Constitutione 1607 Vol II fol 1604 prohibitum fuit Advocatias, quae prioribus capitaneatibus non erant junctae, iisdem incorporare, etiam Augustus II in pactis suis spospondit, ut Advocatias seorsim conferri solitas capitaneis non collaturum. Advocatias & scultetias, nonnisi militibus bene meritis conferri potuerant, sub nullitate privilegii alius concessi (Const 1607 - 1638 - 1669) imo constitutione 1682 Vol V fol 845 statutum habetur, quod, si advocatia alicui conferretur, urgente viro militari, privilegium revocari, & advocatia ipsi conferri debeat. Eadem ipsa constitutione, militibus liberum remittebatur advocatias, regis consensu accedente nobilibus vendere. Advocatia, quas personae plebeja adversus dispositionem juris tenent, pro vacantibus declarabantur militibusve bene meritis conferrebantur: Reservata est tamen regi facultas, decem advocatias, hominibus in actuali suo servitio permanentibus, quibus in negotiis domesticis utitur, conferrendi. - Denique constitutione 1768, Vol VII fol 808 prohibitum erat scultetis, qui in bonis mensae regiae in capitaneatibus v tenutis erant, ibidem jus propinationis exercere.

<u>Praestationes possessorum bonorum regiorum</u>

A possessoribus bonorum regiorum praeter Tributa, praestabantur adhuc

adhuc, sic dicta quarta, tum hiberna, & tributa hiemum militarium

quarta

Ltus Sigismundo II 1562 introducta, erat pro ¼ parte proventuum bonorum regiorum, decimalis sumtibus ad castrorum sustentationem necessarius restantium, ad sustentandum exercitum destinata, unde milites quartani vocari coepere. Quarta haec ab omnibus bonis regiis debebatur, nisi & bona mensae regiae erant ei obnoxia. Quarta singulis annis regni thesaurario & duobus ex ordine senatorio & equestri, in arce oppidi Rawa solvenda erat. Quodsi interdum ordinaria quarta, ob militum quartanorum auctum numerum, sustentandis militibus non sufficeret, totum in breve tempus, pro una quarta duae quartae decretae erant, & hae duae quartae nomine nova quarta veniunt, ut ab una antiqua quarta discernantur: utraque quarta computabatur — nonnisi bona oeconomica a nova quarta liberaverant. Postquam bona regia vacaverant, tunc primo anno, quo a novo possessore tenebantur, quarta terni tenebatur quadruplex (Const: 1641 Vol IV fol 11 n 12; tum 1658, Vol IV fol 329): —

Sublata in ultimis comitiis convocationis, omnis inter veterem & novam quartam distinctione, & sancitum erat, ut una quarta sed justa, quae vere quartam partem reditum efficeret, redderetur. Cujus determinandae hujus quartae ordinatum extitit, ut annui proventus bonorum regiorum omni 5º anno lustrentur, ut inde eruatur, quatenus ex auctis, v diminutis proventibus etiam quarta augeri vel diminui posset. In comitiis Coronationis 1765, erat novus possessor bonorum regiorum, ad duplicem quartam, pro primo anno intra 12 hebdomades, ex quo ei bonum regium collatum (sit) thesaurario solvendam obstringebatur ab admissione collati boni regii; quod igitur, de quarta quadruplici in comitiis convocationis sancitum erat, in comitiis coronationis mutabatur ita; ut jam nonnisi praestaretur duae quartae, quum antea integri reditus seu quatuor quartae exigerentur. Verum Quod primum supponitur de quarta constitutum est, ad Poloniam, non item ad

item ad Lithuaniam spectabant. Lithuania enim, licet nunc de
augusto quartam constituente, nondum Poloniae ita juncta
erat, ut in iisdem comitiis una de tributis consultaret; —
similiter cujus causa quarta ordinabatur Polonus non Lithu-
anus erat, cum postea arctior illa conjunctio 1569 fieret.
Lithuani reditus sibi integros servarunt, ne ulla illorum pars
in alios usus exigeretur: primum, anno 1590 ordines Lithua-
niae quartam decreverunt in subsidium mensae regiae in
unum saltem annum Vilnae thesaurario numerandam, ad cujus anni
exemplum, capitanei, et tenutarii anno 1613 sponte sua, in
quartam duplicem, pro milite foederato semel tantum nu-
merandam contulerunt; eodem tamen anno iterum duas
quartas, sequenti anno pro eodem milite conferendas
declararunt, bonis mensae regiae abstractis quarta im-
munitur — quia autem bonorum regiorum possessores,
nulla lege adstricti, sponte hoc tributum susceperunt,
dictum inde donativum; ita, ut, quod in Polonia quar-
ta, in Lithuania, tum quarta, tum donativum appel-
laretur. —
In comitiis vero convocationis ad exemplum Polonorum,
novam quartae ordinationem decreverunt, lustratori-
bus bonorum regiorum pro magno ducatu suo, pariter ordi-
natis. —
Quod tributum militarium statutum fuerat, ut
in uno quoque loco e viginti Cmetonibus unus pro
militia eligeretur, inde venit, ut hi campi in Polo-
nia unde ejusmodi tirones praestabantur, Łany
wybranieckie, vocarentur. —
III Hibernas. Quoad hibernam possessores debebant pro-
priis sumptibus milites transeuntes sustentare, et pro
quarterio hiemali curare. —

II De civibus

Civitates (urbes) in Polonia, aliae erant regiae aliae nobilium, proinde
etiam cives hoc sub respectu duplicis erant generis
1º Cives civitatum regiarum erant liberi, nulli domino terrestri
subjacebant tum intuitu sua possessionis, quam [illegible]

e fabricavit, nec non facultatis, ex curribus in aliam possessionem suam transferendi; obligabantur nonnisi sic dictis ab exoffis, sub quibus intelligebatur obligatio Marssalkum, ubi rex morabatur, et ubi publici conventus, prouti comitia, vel tribunalia regni et alia celebrabantur officialibus aulicis senatoribus nunctiis et deputatis habitationes gratis suppeditandi. Privilegia civitatum regiarum regnantia erant:

1o Nonnullae civitates gaudebant jure gladii id est, suprema jurisdictione criminali (sed hujus causa speciale regis privilegium requirebatur, quod plerumque tantum circa ipsam locationem urbis concedebatur, secus jurisdictio Capitaneorum competebat. —

IIo Nonnullae civitates gaudebant jure bona terrestria acquirendi, et lite ratione eorundem orta, in judiciis terrestribus respondere obligabantur. Jam vi constitut 1615 plebejis interdictum fuerat, bona terrestria acquirere; exceptinonnisi erant ab hoc prohibito, cives cracovienses, ita tamen ut nonnisi cives, non vero etiam civitas ipsa (i.e. Cracovia) bona terrestria acquirere potuerint; excipiebantur quoque urbes Prussiae, quibus, aeque ac earum civibus jus bona terrestria acquirendi concessum fuerat. Jus civium cracoviensium bona terrestria jure hereditario possidendi, etiam posteriori constitut 1677 confirmatum extitit. Sigismundus Augustus 1568 civitati Wilna concesserat privilegium vi cujus officiales civici, nobilibus aequiparabantur, eorumque prolibus jus bona nobilitaria possidendi concedebatur. Posteriores constitutiones 1658, 1678, 1703, praeter civitatem Vilnam etiam Leopolim et Lublinum, quoad jura Cracoviae aequiparabant, exinde itaque videre licet, quod cives Leopolienses, et Lublinenses, aeque ac Vilnenses, jus bona terrestria nobilitaria acquirendi habuerunt —

II Civitates nobilium seu privatae

Duplicis erant generis: a) aliae scilicet, erant liberae a praestationibus dierum laborialium, jugalium aliisve oneribus, et nonnisi censum solvebant, vel labores szarwark:

szarvarki
(dictos, ad reparationem viarum, pontiumve praestabant.
β) alii vero, in fundamento privilegii a rege obtenti, & specialis constitutionis comitialis, juribus civitatum regiarum gaudebant. Prioris generis urbes, cum multum a benevolentia dominorum mostro dependebant, exceptis nundinis vix a villis differebant. Posteriores, civitatibus regiis aequales erant, ita quidem ut, cum propriis dominis, ob laesionem jurium ex privilegio enascentium agere potuerint.
Privilegia, quae utriusque generis urbibus tam regiis quam privilegiatis erant communia, erant sequentia.
a) praecipuum privilegium erat jus nundinarum tam annualium quam hebdomadalium, quas, in illis celebrare nisi specialissimum quodam ad id privilegium regis habuerunt, sub poena confiscationis mercium vetitum erat, & quae solum cum privilegio regis & statuimus constitui potuerant.
β) Pro aedificata — urbes privilegio immunitatis a tributis per 8 annos gaudebant. De nova urbium aedificatione id verum fuit praescriptum, quod una urbs non potuerit in minori distantia ab altera aedificari quam duorum milliarum, nonnisi circa fluvium navigabilem propter commercium in distantia unius milliaris aedificari debuit. Inde venit, quod etiam in Galliciae urbes distantiam 2 milliarum a se invicem non effugiant —

IIIo De subditis

Omnes inferioris classis & -ruri habitantes, diverso modo in polonia vocabantur, ubi: subditi, Cmetones, rustici, coloni etc. relate ad obligationes praestandas in 5 classes dividi possunt: venim. 1o servi seu glebae adscripti — id est: perpetuo subditella subjecti, seu ... qui una cum terra in qua degebant, ab uno possessore, ad alterum in perpetuum transferebantur. 2o Adscriptitii; qui in fundamento pacti scripti, fundum, quasi in possessionem acceperunt, & suo suorumve successorum nomine pro hac possessione, certos census, aliasve praestationes, responderunt 3o Censiti, qui nullos labores praestabant, sed tantum certum censum e fundis dominis suis debebant —

4º qui tantum pro certum tempus in fundo commorari agros colere, o certas obligationes ~~[struck]~~ praestare spoponderunt.
5º inquilini, seu hortulani, qui domum aut hortum, aliamve agri partem ab ipso domino aut ab alio ~~[struck]~~ emerunt condiderunt.
Author noster Ostrowski dividit subditos ex jure terrestri /: poddani z prawa ziemskiego:/ et subditos ex jure teutonico /: poddani z prawa niemieckiego:/ quorum priores ad certos dies laborativos tenentur, posteriores vero nonnisi ad census aliasve praestationes obligantur. –
Obligationes subditorum in genere dirigebantur potissimum secundum consuetudines palatinatuum, et dimetiebantur secundum lanea terrae possessa, a quibus communiter unus dies praestabatur. Conditio subditorum in Polonia valde misera fuit, paucos namque legum favores, innumera vero dominorum suorum odia experiebantur. Prioribus quidem temporibus, domini pluribus gaudebant libertatibus, quae tamen subsequo tempore valde ~~[struck]~~ restringebantur. Recensere autem has libertates magis ad historiam quam ad jus civile spectat.
In genere id notari potest, quod conditio subditorum in bonis regiis favorabilior erat, quam in bonis nobilium, posteriores namque nec forum proprium habebant, ubi jus suum laesum prosequi possent; atque injuria subditis villae cujusdam illata, dominus pro ipsis agebat. Subditi vero bonorum regalium ad jura manutuenda habent judicia judicia sic dicta referendaria, eorumque obligationes in inventariis circa lustrationis confectis accurate determinabantur. –
Elibertatio

Eliberatio subditorum a subditella in Polonia tripli-
ci modo fiebat: ....
I° Si dominus coram actis proprii palatinatus
subditum suum a subditella dimisit aut:
II°) Si dominus medio scripti documenti volunta-
tem suam, subditum suum ex nexu subditellæ
dimittendi declaraverat; denique:
III°) Si subditus in statum clericalem transivit,
proles autem ejus antea natæ, in subditella per-
manebant. –
De cetero habuit dominus jus subditum exquiren-
di, & medio competentis instantiæ, intra annum
repetendi. –
Subditi ex jure teutonico, alio, in locum sui, posi-
to libere migrare poterant. –
Dabantur tamen casus, ubi non solum singuli sub-
diti, verum & integræ communitates, dominum
suum deserere poterant et quidem: I Si dominus
erat in excommunicatione ecclesiastica per integrum
annum – II°) Si subditis suis turpi vita, & dissolu-
tis moribus malum exemplum præbebat, vel
III°) bona sua, propria culpa devastationibus et
expoliationibus exposuerat. –

Jura personarum

Jura personarum referuntur fere vel ad contrac-
tum matrimonii, vel ad relationes inter liberos
et parentes, aut eorum vices gerentes. Hinc trac-
tatum de juribus personarum subdividere possu-
mus I. in jus matrimoniale II°) in jura pa-
rentum & liberorum: & III° in jura tutorum ac
pupillorum, tum curatorum et curandorum. –

I° De

quoad jus matrimoniale, maxime juris canonici habebatur ratio. Antiquis temporibus matrimonium privatim, nullo intercedente sacerdote, neque in ecclesia sed domi contrahebatur. Postea primum, cum Clerus majori authoritate pollebat, etiam matrimonia in facie ecclesiae, palam atque legitime coram sacerdote iniebantur. –

Impedimenta matrimonii sequentia erant: a) consanguineitatis, b) affinitatis, c) aetatis; – et posteriori tempore etiam d) cultus disparitatis – quoad impedimentum consanguineitatis, & affinitatis attinet, iidem gradus, ac in jure canonico hodie impedimentum statuebant. Gradus consanguineitatis & affinitatis juxta jus canonicum computabant, ita quidem: ut a) in linea recta ascendenti, & descendenti tot sint gradus, quot sunt personae demta una, b) in linea collaterali aequali, consanguinei tot gradibus a se distant quot gradus a communi stirpe. c) consanguinei in linea collaterali inaequali, tot gradibus a se invicem distant, quot gradibus persona remotior a communi stirpe. Relate ad lineam ascendentem et descendentem, consanguineitatis etiam in remotissimo gradu impedimentum matrimonii dirimens constituebat, relate ad lineam collateralem aequalem, consanguineitas usque ad quartum gradum inclusive, impedimentum matrimonii dirimens constituebat – attamen dispensatio locum habuit: et quidem in secundo gradu Pontifex, in tertio & quarto Episcopus loci

vel

vel nuntius papalis dispensabat.—
Relate ad lineam collateralem inaequalem, etiam ultra 3 & 4 graduum impedimentum sese extendebat, cujus ratio in eo reposita esse videtur, ne aequalitas status matrimonialis per id evertatur.
Affinitas, id est nexus inter conjugem unum & alterius conjugis consanguineos, in eodem gradu impedimentum matrimonii dirimens constituebat, in quo consanguineitas tam quoad lineam rectam quam collateralem. Quoad dispensationem idem ipsum valebat quam quod in consanguineitate dictum fuerat.
Praeter hanc affinitatem adhuc spiritualis ex susceptione baptismi et confirmationis proveniens, impedimentum matrimonii dirimens constituebat. Dispensatio vero ab eodem a Pontifice peti potuit.—
Quod attinet impedimentum aetatis; statutum Lithuanicum, ad validitatem matrimonii consensum parentum exquirere videtur; attamen licet proles contra reverentiam parentibus debitam processerint, et sana eorundem consilia in tam gravis momenti negotio sequutae non sint, ecclesia ejusmodi matrimonia nec annullabat, nec pro illicitis & inhonestis declarabat. Statutum Lithuanicum, liberis, parentibus orbatis, et sub tutella existentibus permittebat, matrimonia inire contra consensum tutorum, dummodo id ex consilio amicorum consanguinei fieret; viduas vero ad secundas nuptias transire cupientes neque consilia amicorum ligabant; attamen si jus advitalitium a primo

a primo marito sibi relictum, amittere noluerant, certas cautellas, inferius adducendas, observare obligabantur. —

quod attinet dissolutionem matrimonii seu divortia, notandum: q^d antiquis temporibus, dum matrimonia n. in facie ecclesiæ coram sacerdote inibantur — sed tantum contractu civili suffulciebantur, divortia fuerint permissa; posteriori vero tempore, cum jus canonicum majorem vim exercuerit, divortia prohibita extiterunt.


II De relatione juridica, parentes inter et prolem


Fundamentum patriæ potestatis, est matrimonium validum. Adoptio & arrogatio in Polonia locum n. habuerunt; fiebat quidem non raro, ut parentes substantiam suam remotis personis consanguineis inscripserint; quod in defectu prolium facere licuit, at hoc non fiebat in fundamento adoptionis, aut arrogationis, sed ex illimitato dominio, aut ex facultate de re sua pro arbitrio disponendi profluebat. Characteristica nota adoptionis & arrogationis in tali casu prorsus exulabat, siquidem ejusmodi remota persona, in jura donantis aut testatoris intrans, nomen & nobilitatem ejus haud obtinuit.

Jura & obligationes parentum erga liberos sequentia erant:

a) Filius v. filia n. emancipati, seu e patria potestate non dimissi, vel nondum exdotati, nec de bonis mobilibus, nec immobilibus disponendi jure gaudebant. Constit. Casimiri M: 1347 —

Obacz zeszyt naiste[?] ...






No VII

Jus Poloniae anteactum

Zeszyt siódmy

[illegible]

Nro 3



nec de bonis immobilibus neque mobilibus disponendi jure gaudebant. Statut: Casim: maj: 1347
Si durante minorennitate, substantia quaedam, titulo haereditario, in eosdem devoluta erat, nec de haec libere dispo= nere, adeoque nec donare, nec per testamentum relinquere, nec legare, neque contractum de eadem inire propria auctoritate poterant. Primum itaque jus ex patria potestate profluens, erat jus parentum administrandi bona prolium, usque ad emancipationem seu extradationem earundem, neque parentes ad calculum de gesta administra= tione ponendum obligabantur, aequum enim censebatur, ut pro expensis in educationem factis, ab hoc onere li= berentur. Emancipatio e patria potestate quacunque aeta= te fieri potuit, tuncque locum obtinuit, quando pater filio bona in administrationem dedit —
II° Parentes habebant jus prolibus suis minorennibus tuto= res dandi, et qua tales etiam remotas personas nominandi; cum neglectione consanguineorum, quibus secundum legem tutela competeret —
III° Parentes jure gaudent, proles suas justis ex causis exhere= dandi; — quae fuerint justae causae inferius exponetur —
Praeter casus exheredandi, in legibus expresse determinatos, parentes nullum jus habebant, patrimonium suum in pro= lium detrimentum dilapidandi, vel bona sua extantibus prolibus alii cuidam alienandi, — e contra steriles personae, de bonis suis omnino libere disponere poterant, et quidem in fundamento Sigismundi I de 1511 — Jam vero juxta statutum Lithuani= cum, parentes libertate gaudebant, bona sua, etiam prolibus extantibus alienandi;
IV° Jam pater, quamdiu vivebat, prouti & mater possidens bona jure advitalitio, non obligabantur, illa prolibus extradere, etiamsi matrimonium iteraverint. Antiquiores leges volunt obligabant vel patrem substantiam post matrem in proles devolutam, & viciss im obligabant matrem, substantiam

post patrem in prolem devolutam, iisdem prolibus extra-
dere. Ast posteriores leges hanc obligationem sustulerunt,
nisi pater aut mater substantiam dilapidarent, & prolibus
debitam sustentationem & educationem non suppeditarunt. —

V) Non obligabantur parentes, debita pro filiis in minorenni-
tate uno in tam(?), sive ad chirographa, sive alio modo contrac-
ta solvere, ideo onera filiorum ante divisionem substantiae
contracta, tantum schedam filii onera contrahentis, non totam
massam haereditariam afficiebant Statuto Curiae: A: 1847 in
qua Consilium permanens, adhuc strictius rem determi-
navit, quod scilicet filii, majorennitatem jam consequuti illa
nonnisi bona debitis onerare possent, quae ibi possident, proin-
de evictio talium onerum ad bona parentum spectanda sese
haud extendebat. Denique non obligabantur parentes pro filiis
majorennibus in judicio respondere. —

quomodo cessat patria potestas?

quemadmodum matrimonium validum, est fundamentum pa-
triae potestatis, ita quoque liberi, ad vota matrimonialia trans-
euntes, quodammodo a patria potestate liberabantur. attamen
sola vota Matrimonii, nullum adhuc jus liberioris substantiam
parentalem tribuebat, sed requirebatur, ut parentes liberos
suos ad administrationem substantiae ibi admitterent, &
proprie juxta leges polonas, filius tunc tantum e potesta-
te patria dimissus erat, quando pater eidem bona sua, aut
partem eorundem assignavit, id est: eum exdotavit, etiamsi igi-
tur filii, non solum ad vota matrimonialia transierunt,
verum etiam munus aliquod in regno insuper obtinuerint
aut alium statum consequerentur, tamen de bonis, a parenti-
bus suis penitus in se devolvendis, nullum jus disponendi
habuerunt, nec eadem stante patris aut matris vita oppignorare(?)
aut onerare valebant. Per contractum statum matrimonialem
aut adeptum statum civilem, aut consequutum officium quoddam,
solummodo ab inspectione parentali eliberabantur, proprie
patria potestas, nonnisi per emancipationem seu exdo-
tationem cessabat. Relinquebatur porro patria potestas
ob bannitionem parentum, ob crimen, non vero ob condem-
natam. Parentibus namque bannitis, liberi apprehendebant sub-
stantiam eorundem, qua civiliter mortuorum. Quod attinet

attinet prolem illegitimam, pater nullam habuit legitimam
potestatem, quia patria potestas, solummodo ex valido matrimonio
oriebatur. Nihilominus tamen proles illegitimae a patre suo
sustentationem praetendendi jure gaudebant. Cum legitimatio
per subsequens matrimonium locum habuerit, huic etiam
in proli, a concubina, postea in matrimonium ducta, ast
ante matrimonium initum procreatas, patria potestas
non extendebatur:

quaeritur quae proles habendae sint legitimae?
Leges polonae nullam hac oblata continent dispositionem,
censet itaque author noster Ostrowski, praescripta juris Roma-
ni ea lemma vigentia, in applicationem venire debere, adeoque
proles illas pro legitimis habendas esse, quae in justo matri-
monio & tempore lege determinato scilicet 7mo mense a tem-
pore initi nuptiarum & 9o a tempore mortis natae sunt. Ast
vero haec opinio nimis recta esse videtur, cum jus Roma-
num in Polonia nullam, nec subsidiariam vim habuerit, imo
& decisiones occurrunt, in quibus proles alio quam jure
Romano statuto termino natae, pro legitimis agnoscen-
bantur, igitur quaestio haec secundum consuetudinem
dijudicanda esse videtur.)

De tutella & curatella

Apud polonos ad exemplum Romanorum triplex tutelae spe-
cies erat: I testamentaria, II legitima et III dativa —

I Tutor testamentarius is erat, quem pater in testamento
aut alia quadam dispositione prolibus suis pupillis rema-
nentibus determinavit. Tutor testamentarius in admi-
nistranda substantia post mortem patris relicta, habuit
praeferentiam prae matre, avia aliisve consanguineis, educa-
tio vero pupillorum matri incumbebat, # haec obliga-
tio matris quoad filios usque in 7 annum, quoad filias vero
donec emancipatae fuerint se extendebat. Etiam uxori mi-
norenni, tutor a marito constitui potuit. Denominatio
tutoris testamentarii minus recta est, etenim legitimis
nuspiam praescriptum adinvenitur, tutorem a patre non-
nisi in testamento constitui posse. Constitutio tutoris itaque
quovis alio modo fieri potuit.

II Tutor legitimus seu legalis is erat, qui in defectu tutoris

saltem juxta Statutum Lithuanicum

testamentarii tanquam proximus patris consanguineus; jam ex dispositione legis, munus istud appetere debuit et potuit. Juxta leges Poloniae, ante omnes jus ad tutelam competebat filio tempore mortis patris jam majorenni, filio vero deficiente, aut necdum majorenni, fratribus defuncti patris iisque deficientibus, fratribus matris. Post hos ad tutelam vocabantur proximiores consanguinei ex linea paterna, et his non extantibus, proximiores ex linea materna; Statutum Wladislai Jagello 1423 et Const. de 1588 Vol. 2 folio 1212. - In Lithuania in defectum marium, etiam foeminae ad tutelam admittebantur non solum ex linea paterna, sed et ex materna; requirebatur solummodo ut sint maritatae et bene possessionatae, quarum mariti bona fama et possessionati sint, si cum uxoribus suis tutelam suscipere vellent, ~~[illegible]~~ in defectu possessionis suarum propriarum, securitatem et bona mariti pro fideli administratione obligare debuerant.-

II ~~Tutor dativus dicebatur is, qui per judicium pupillo remanebat in eo casu dabatur si nec testamentarius nec legitimus aderat.~~ Secundum jus canonicum in tutela gerenda agnati id est qui per virilis sexus cognationem conjuncti sunt, praeferebantur cognatis id est qui per foeminini sexus cognationem conjunguntur, eo quidem ordine, ut semper ad proximiorem agnatum, et existentibus pluribus proximioribus, ad seniorem agnatum omnis tutelae spectabat. Consuetudo vero Russiae roguantia habet. Si quis nullis tutoribus relictis decesserit, tutores legitimi sunt proximi agnati iisque deficientibus proximi cognati. Quodsi ex linea agnatorum aut iis deficientibus cognatorum pari propinquitatis gradu plures tutelam sibi vindicare voluerint, tunc judicium terrestre, tres ex illis, si tot sunt, eligat, quos pupillorum rationibus magis expedire judicaverit.-

III Tutor dativus dicitur vocabatur quem judicia terrestria aut castrensia pupillis in eo casu dabant si nec pater tutorem constituebat, nec legitimi tutores dabantur. In constituendo ejusmodi tutore attendebatur, ut sit, quam maxime proximus consanguineus, tum ut sit possessionatus in palatinatu ubi bona pupillo sunt, ideo etiam succedentes possessionati a tutela gerenda non excludebantur. Denuo juxta statutum Lithuaniae

tum non omnes ad tutelam, nec proximiores vocabantur

requirebatur: ut tutores diligentes et extranei, boni oecono-
mici, pii et adeo provectae aetatis, et de caetero bonorum mor.
de aliis impedimentis ad tutelam gerendam leges vetant.

Quid judicia dabant tutores? —

Datio tutoris, ad judicium castrense spectare videtur, quia eidem
judicio juxta statut. Sigismundi 1543, amotio tutoris prodigi,
vel bona pupilli dilapidantis, aut alias suspecti, perconnissa fue-
rat, in Prussia vero judicium terrestre tutorem vocabat,
atque et in Lithuania, et si pupillus in universis distric-
tibus bona possidebat, tunc judic. terrestre illius districtus,
ubi principaliora bona extabant, tutorem constituebat, qui
omnia bona etiam alibi existentia administrare debuit. +

Quae et obligationes tutorum? (Communes in toto regno)

Quivis tutor sive testamentarius sive legalis sive dativus,
obligabatur statim, ut initium tutellae suae, in praesentia
duorum consanguineorum, aut in eorum defectu, in assistentia duorum
testium a judice destinatorum, inventarium bonorum mobilium
immobilium, pupilli debitorum et proventuum conscribere,
et juxta inventarium tali modo et rituum, calculum praestare.
Secundum jus Regni, statut. Lithuanicum et Correcturam Prussiae,
tutores nonnisi finita tutella rationes reddere solebant;
quod si vero matri tutella prolium confisa fuerit, sciendum vi-
dendum, utrum eidem advitalitas universae substantiae, vel partis
ejusdem, aut nulla plane competebat: in primo casu mater
tutrix et totius fructus proprietaria, neque ad calculum po-
nendum stringi, neque decimum assem pro gestione tutelae
praetendere potuit. in altero vero casu, ex proventibus illius
partis substantiae, quae advitalitio excedebat, calcu-
lum praestare obligabatur. Denique in 3o casu ex universa sub-
stantia rationes reddere debuit, at vero etiam decimum
assem pro gestione tutelae praetendendi jus habuit.)

Jam autem secundum jus Saxonicum tutor in quolibet anno ra-
tiones gestae administrationis reddere obligabatur. limitata tam-
men haec dispositio erat 1o quoad matrem; etenim mater tamquam
tutrix filiorum, ne finita quidem tutella rationes reddere
obligabatur: ob rationem in legibus expressam "quia in parenta-
libus et consanguineis fraus deficit" — 2o

II quoad fratrem & alium coheredem, qui si tutellam gesserant alterius fratris & alterius coheredis, non quidem, sed demum post finitam tutellam, cum ad coedivisionem hereditatis proceditur, rationes reddere tenentur
III. Si testator tutori confectionem inventarii remisit, non id etiam positionem calculi remissio videtur. Calculus nam, absque inventario poni non volunt.
IV. si tutor aitum quemdam cum eorum matre propinquorum pupillorum recepit de illo actu negotii, dem finita tutella rationes reddere tenetur, quin imo nec alii illius de eodem, unquam conveniri potuit
V. Si rationes a tutore non exigerentur, easdem reddere non obligatur —

IIa obligatio tutoris

Tutores legitimi & dativi, juramentum de fideli administratione patrimonii pupilli, praestare obligabantur, nonnisi a testamentario tutore, depositio hujus juramenti non exigebatur, & quidem ideo, quia pater, cum eligendo, fidem in ipso collocavit. —

IIIa obligatio tutoris

Tutoris consistebat in educatione pupilli. Tutor scilicet obligabatur pupillum, modo statui & conditioni patris convenienti educare; in genere tutor h sub respectu easdem obligationes ac pater habuit: nonnisi juxta statutum Lithuanicum educatio matri incumbebat, quod in Cap. V articul 11 ita habet " propter meliorem educationem, pupilli penes matrem manere debent, & quidem pupilla usque ad elocationem in matrimonium, pupillus autem usque in 7 annum. At tutores quamdiu pupilli penes matrem erant, annua necessaria juxta patrimonii quantitatem & judicii permissione administrare debebant. Correctura Prussiae sancit, quod in educatione pupillorum voluntas defuncti patris sit observanda, quod si autem de illis nil constiterit, etiam voluntas proximorum agnatorum, & his deficientibus, proximorum cognatorum respici debuit. In Prussia itaque sola tutoris decisio nil

nil valebat, euntis in aliis Poloniae partibus, ubi a tutore
dependebat, eo pupillum educare modo, quem juxta propriam
conscientiam optimum existimavit.

IIa Obligat. tutoris consistebat in administratione patri-
monii pupilli. In genere valuit hoc pp: quod tutor patrimonium
pupilli sui, tanquam bonus oeconomicus pro optima scientia
& conscientia administrare debeat, et pro recta hujus pa-
trimonii administratione, propria sua substantia tenea-
tur, ideo tutor possessionatus esse debuit. Limitatus autem
erat tutor in suis dispositionibus 1o quoad alienationem bo-
norum immobilium & IIo quoad regulationem granitierum:
quoad I. Limitatio potestatis tutoriae, quoad alienationem
bonorum immobilium in eo, consistebat, quod tutor, bona im-
mobilia neque vendere, neque modo obligatorio, in possessionem
tradere, nec alio modo valide alienare potuit, quin neque
frater senior, tutelam fratrum juniorum sibi confisam ha-
bens, plus alienare aut obligare potuit, quam suam schedam,
si eadem exdivisa fuit; quodsi vero substantia nondum exdi-
visa fuerat, id facere non potuit, quia juniori injuriam in-
ferret. Frater namque senior circa exdivisionem substantiae
schedas formabat, siquidem optimam statu patrimonii
notitiam habuisse supponebatur, junior vero eligebat, qua
hac ratione natu major aequalitatem servare cogebatur,
nesciens, quam schedam junior sit electurus, adeoque quae ipsi
sit remansura. Exceptio ab illa regula, quod bona tutor immobilia
alienare non potuit, suum locum habuit, si debita liquida
a patre relicta ex proventibus pacificari non potuerant, extunc
tutor, habuit jus praevio consilio consanguineorum proximorum
partem bonorum pupillarium alienandi, vel modo obligatorio
in possessionem dimittendi. Correctura Prussica sequentem
continet dispositionem: "Confecto inventario tenetur tutor
"res illas, quae tractu temporis periturae sunt vendere, pecuniam
"ex illis redactam una cum alia reliqua, in utilitatem bonumve
"pupilli convertere; si debita aliqua extiterint, bona mobilia ven-
"denda, & ex pretio obtento pacificanda sunt, secus autem bona
"immobilia, sine decreto, & speciali permissione magistratus
"aut judicii terrestris vendere non potuit, & si alienaverit, alie-
"natio haec nulla erat & invalida. Magistratus autem solum

solum in certis causis permissionem dare potuit, & quidem 1º si dos erat solvenda, & nulla erat pecunia parata, quia enim pater ad dotem praestandam erat obligatus, haec obligatio etiam in heredes transibat. IIº si alimenta pupillo erant praestanda, et tutor ex alia facultate eadem pupillo subministrare non potuit, immobilia quaevis alienare licuit. IIIº si ex usuris obligatoriis pupillo damnum imminebat. quodsi enim pater multa reliquerit debita, tum ex magna usurarum quantitate, damnum pupillo oriri potuit. (IVº) Si liquida aderant debita, quorum tempus jam venit, neque re, alio ex patrimonio solvi non potuerant. Extra has causas alienatio omnis nulla & invalida erat; ita; ut pupillus post adeptam majorennitatem bona vendita vindicare potuit, idem obtinebat, si tutor ob has quidem causas, ast sine permissione Magistratus bona immobilia pupilli alienavit. In statuto Lithuanico sequentia statuuntur: "tutor tam bona mobilia quam immobilia in administrationem suscipiens incepta in integro conservare tenetur, exceptis rebus corruptioni obnoxiis, quas vendere, pecuniamve in commodum utilitatemve pupilli convertere debuit. Tutores nec hereditatem defuncti vendere, aut alio quovis modo alienare similiter facere valeant, quodsi secus fecerint, pupilli ad annos discretionis, seu plenam aetatem venientes, jus habeant hereditatem suam a possessore illico vindicandi. Idem statuitur in statuto Lithuanico, de fratres majorennes suos fratribus minorennibus tutelam ubi confusam habentes, scilicet quod frater major, tenens simul et indivisa bona cum fratribus minoribus, non habeat potestatem haec bona communia quocunque modo alienandi, excepto unico casu, quando scilicet debita parentum, & inscripta sunt, vel decreto judicii adjudicata, Ergo liquida & certa, & tunc cum scitu & consilio aliorum fratrum licuit,) bona oppignorare, attamen ita debita materna paterna ex omnibus partibus bonorum persolveret, ita tamen ne pecunia ex bonis fratrum suorum accepta superet summam debitorum parentum. quodsi vero solu-
tio

solutio debiti parvi, per judicium fuerit decreta, eo tum frater
major, suis pro alimentis, aliisve domesticis necessitatibus
provisione facta, ex censibus & proventibus bonorum com-
munium, debita illa persolvat, residuum vero pecuniis
fratribus minorennibus conservet. quodsi secus fecerint,
fratres minorennes, ad annos discretionis pervenientes
bona contra hanc dispositionem alienata jure vindicare
possunt, dummodo non obstet praescriptio. Magis adhuc limitata
fuerat potestas tutoris in formandis gravaminibus, finibus,
inter bona pupillorum. gratuitas inter bona pupillaria
formare, pluribus constitutionibus prohibitum fuit tu-
toribus ita quidem, ut etiamsi tutor ad id medio mitendus
[illegible] fuerit, minorennibus adepta majorennitate
facultas relinquebatur, actus granitiales tempore tutelae
peractos impugnandi, nulla temporis diuturnitate
obstante, id est: praescriptio hoc in casu non cur-
rebat, ne minorennibus injuria inferretur. Actus
granitiales in Polonia nonnisi medio officiorum
subcameralium peragebantur, et modus procedendi ac
probandi sequens erat: Actor qui limites esse offerre
debat, praetensionem suam documentis, vel cum rationibus
probare, sibi vero 12 viros seniores qui testes
ducere debuit, quibus exauditis, hoc modo limitibus
verosimilibus factis, actor innixus juramento confirma-
re debuit, rem reipsa se ita habere, quodsi vero actor
ejusmodi probationes afferre non potuit, tum conventus
partes actoris agebat. Admittebatur ad usus limites proban-
dos, & similes producere debuit probationes,
Si conventus praetensionem suam probationibus indu-
biam reddidit, eo tum causa in ejus favorem decidebatur,
quodsi vero nullas probationes introducerat, fundus
controversus in aequales partes dividebatur.—

~~[illegible]~~ V Obligatio tutoris

in eo consistebat, quod tutor pupillo citato in judicio
respondere debuit, sed id solum per exceptionem obtinuit

nam

nam de regula pupillus in judicium citari et peti[?] Pupilli nanque [durante] minorennitate in judicio standi, jus non habuerunt, nec ergo respondere nec agere valebant, sed judex per sententiam ejusmodi causas, ad tempus discretionis, seu legitimam eorundem aetatem suspendere et differre debuit. Excipiuntur sequentes casus, in quibus pupilli ad judicium citati, per tutores suos respondere tenentur. 1o) Si aliquis patri pupillorum haereditatem quandam obligaverit, eamque a pupillis redimere velit, extunc pupilli, pecuniam obligatam pro eadem haereditate, recipere tenentur, quamvis annos legitimos non habeant.

IIo Si quis pro patre pupillorum cautionem fidejussoriam interposuerit, et vivente patre ad judicium fuerit ~~[illegible]~~ provocatus, extunc pupilli, non expectando annos competentes, respondere, et solvere tenentur fidejussorem liberando —

Hi 3 casus continentur in Statuto Casimiri Magni — IIIo Si pater pro aliqua haereditate adhuc vivens citatus fuit, pupilli pro eadem haereditate respondere tenentur #

IVo Si quis bona haereditaria vendiderit, obligaverit, sive oppignoraverit cuidam, (et inscripserit se pro defensione et evictione), et in hoc vita privaretur, filii ejusdem debent tueri, residentem in bonis haereditariis, etiamsi annos discretionis non habeant. ex Statuti Sigismundi 1588

Vo) Si pupillus ob inscriptionem pro debito aut alia quacunque re, per patrem super bono quodam factam, citatus fuerit, obligationi et ~~satisfactioni~~ inscriptioni patris satisfacere debuerat. Const 1588.

VI Si aliquis juris praetextu, pupilli bona, jure victi, possiderunt — id est pupilli victi —

VII In actione finium regundarum —

VIIIo In actione familiae erciscundae.

Mutuus quaestionis [?] Quaeritur utrum tutor tutellam gratis suscipere obligabatur? aut remunerationem quandam praetendendi jure gaudebat?

Tutor pro gestione tutellae to decimum assem, seu

decimam vel item proventuum bonorum pupillarium, quovis anno obligabat, qualemus mater renunciationis potendi juris gaudeat, jam supra disseruimus.

quomodo tutella cessabat?

Tutella cessabat

1° adepta majorennitate, aut obtenta venia aetatis, vices majorennitatis gerente. Juxta leges polonas tutella cessabat relate ad filios expleto 18 quoad filias 12 anno. Juxta leges Lithwaniae relate ad filias 13 anno. Juxta ~~leges~~ juris saxonicalis tam pueri quam puellae usque ad 21 annum, in tutella permanebant. Denique secundum correcturam Prussiae usque ad annum 18 adeoque demum ab his annis incipiebat major seu perfecta aetas — Cessante, tali modo tutella, pupilli jure gaudebant bona a tutore recipiendi, eundemque ad reddendum calculum et juramentum de fideli administratione praestandum cogendi. Quodsi vero pupillus adepta majorennitate tutorem ad calculum ponendum non stringebat, tutor obtinuit adquietationem judicialem de gesta tutella et administratione bonorum, et quidem prius a judicio castrensi et postea a judicio terrestri. In nonnullis tamen casibus ante adeptam hancce aetatem legibus determinatam

czytaj dalej proszę Achie na drugiej stronie

legibus = In nonnullis tamen casibus, (ante adeptam hanc aetatem determinatam, poterat veniam aetatis, seu adjudicatio annorum impetrari, qua obtenta, tutela ita ac majorennitate adepta cessabat. Veniam aetatis primis temporibus principes ipsimet, serius etiam judicia regia, imo judicia terrestria et castrensia concedebant. In concedenda venia aetatis admodum caute procedebatur, etenim rescriptum veniae aetatis non prius extrahebatur, nisi adolescens vere praesentaverit, ubi tum aetas illius considerata fuit, quod si ipsemet se sistere non potuit, testimonio fide digno, cum in finem transmittendis, comprobare debuit, se jam ejus esse aetatis, ut nulla indigeat tutela. (?) Iterum tamen his temporibus [illegible], qui veniam aetatis obtinuerunt, curator addebatur, et quidem usque ad completum 24 aetatis annum. Nihilominus tamen inter tutores curandos et alios pupillos id inter recedebat discrimen, quod pupilli veniam aetatis impetrantes, curatorem, quem sibi voluerunt, eligere potuerant, dum econtra alii pupilli illos qua tutores suos agnoscere debeant, qui aut a patre ipso aut lege, aut — a judice ipso constituti fuerint.

II° Cessabat tutela per amotionem tutoris suspecti, id est, prodigi, et bona pupilli dilapidantis. At vero per amotionem tutoris tutela solummodo respectu hujus tutoris, nequaquam vero respectu pupilli finiebatur, siquidem pupillo annos discretionis nondum adepto, ~~amota~~ in locum prioris tutoris substitutus fuit.

III morte tutoris et pupilli id naturale est.

Secundum leges regni, tutor prodigus, et dilapidator bonorum pupilli amovebatur a judicio castrensi. Prioribus temporibus ille quoque amovebatur tutor, qui caput occisi parentis vindicare neglexit. Si ejusmodi tutor amovebatur, judex statim in ejus locum alium eligebat, et prior omne damnum per malam administrationem causatum resarcire debuit. Idem ipsum valebat juxta Statutum Lithuanicum, quod de eo fusius tractat, et quidem in Capite V art 15 de matre tutrice, in Cap. VI art III de alio quocunque tutore loquitur. Prior articulus ita habet [illegible]

In

„Si maritus uxorem suam et pupillos in testamento constitu„erat, eorumque bona inscripserat, tunc tutrix onerata debe„bat se secundum testamentum patris et ejus inscriptionem „gerere, nec bona pupillaria dilapidare sed recte admini„strare, quodsi contrarium fecerit, proximi pupillorum con„sanguinei ad judicium terrestre eandem peremtorie ci„tare valebant, et si dilapidationis, et prodigalitatis „fuerit convicta, tutellam amittebat, atque bona pupilli in „administrationem proximi consanguinei dimittere debebat. „quodsi nulli aderant consanguinei, ipsum judicium terrestre „illius districtus casu conperto, matrem dilapidantem „citare potuit.) In termino judiciali eatenus statuto, no„vus tutor pupillis constituebatur, eique inventarium „conscriptum tradebatur, quod autem mater perdiderit, debuit „solvere ex dote et ex aliis bonis. Posterior articulus cap. II. de aliquorum tutore, quam matre obloquens ita sonat: „quodsi „tutor tutellam male gesserit, et bona pupilli cum damno „ejus administraverit, ad judicium terrestre peremtorie „citatur et legitime convictus, amovendus, alius in ejus „locum constituendus„ Denique correctura Prussica fere eadem disponit, dicendo: „Si tutor suspectus fuerit, et bona pupillaria „male administraverit, liberum est cuique, sive propinquo sive „alieno, eundem ad judicium vocare, et si reperitur aut tutel„lam male gerens fuisse, amoveatur, decreto judicis „a tutella amovebatur — et si quid damni ex mala ejus ad„ministratione pupillo ortum, omne id refarcire et „ea secundum inventarium, alteri tutori a judicio con„stituto reddere obligabatur. —

De curatella

Leges polonae non tam stricte distinguunt curatellam et tutella, quemadmodum jus Romanum aliaeve legislationes sed in iisdem denominationibus tutoris ac curatoris saepius promiscue veniunt. Nihilominus tamen inter tutorem ac curatorem discrimen aliquod subversabatur, et quidem in eo quod tutores dabantur pupillis ob defectum aetatis rebus suis providere non valentibus. Curatores vero

dabantur personis mente captis, prodigis, & ex
alia quam minorennis aetatis ratione, ad bona ma-
administranda inhabilibus. Speciales dispositiones
de curatella incipienda & gerenda in legibus regni
paucissime adinveniuntur, ideoque dispositiones de tutela ana-
logice erant applicandae, quia inter utramque relationem
magna intercedit similitudo. — In constituendo curatore su-
per mente capto aut prodigo, in Polonia admodum caute
procedebatur; etenim antequam ejusmodi decretum edebatur,
semper praevia inquisitio assumenda erat, an ille cui
curator addendus erat, revera sit mente captus aut
prodigus & curatore indigeat. In specie quoad prodigum
inquirebatur in ejus vivendi rationem, quem in finem
deputatio ex senatu & ordine equestri, illius palatinatus
in quo pro prodigo declarandi domicilium & bona sita
erant, delegabatur, testes adsciscebantur, qui de vita ipsius
edicere debebant, & tunc demum, si ex istis testimoniis
aliisve documentis, & ipsamet inquisitione major pro-
dibat verisimilitudo, eum revera prodigum esse,
curator constitui poterat. hic procedura praescripta
fuit Const. 1638 Vol III fol 952
Curator in nomine ad instantiam consanguineorum con-
stituebatur, & praeprimis etiam consanguinei ad curatel-
lam obligabantur, & quidem ideo, quia eorum maxi-
me interest ne bona familiae dilapidentur. Jus alicui
personae curatorem dandi, fuerat majestaticum, ipsi-
met regi competebat, dum jus tutorem dandi judiciis competebat.
Specialem autem dispositionem continet statutum Lithuan.
Cap 3 fol 77, vi cujus ille, qui extra fines regni proficisce-
batur, in bonis suis administratorem relinquere debuit,
quod si non fecerit, & pater adhuc vivebat, hicce invitaba-
tur, ut administrationem bonorum illius in se susciperet,
quod si autem pater defunctus, vel ad administrationem
inhabilis est, a judicio terrestri curator constituebatur
qui

qui nomine absentis bona administrabat. Cor rectam
Prussiae in fine cautio de tutella sequentem continet
dispositionem: Mulieres semper sunt in cura et in tutel-
la aliena, et quidem filia familias in cura patris, et
eo deficiente patris alicujus majoris. Si autem jam
adultae (majoris aetatis)# fuerint, tutor eis adolebatur ex agnatis
qui si deficiebant ex omnibus cognatis. Uxores autem
sub tutela et speciali cura mariti versabantur. Attamen
in nullis rebus adeo extensa fuerat tutela et curatela
quam in aliis pupillis, maritus namque nonnisi consi-
lium dare, nec non administrationi invigilare debuit.
Neguaquam autem foeminae impediebantur in libero
de rebus suis disponendi facultate, imo secundum ex-
pressas leges tam per testamentum quam alio quocunque
modo de substantia sua libere disponendi jure gaude-
bant —

#se 24 anno

Quomodo curatella cessabat

Si mente captus sanus erant, et mortuus est. Curatus
aeque ac tutus decimum a fremo seu sopatem ~~bono~~ pro-
ventuum bonorum in remunerationem petere potuit

II pars
De jure rerum

est aut jus rei reale, aut personale
Reale illud dicitur, quod contra quemcunque personam
efficax est, personale vero illud, quod non contra omnes
sed tantum contra certam personam tendit, ideo jus
personale etiam jus obligationum vocatur.
Jura rerum realia sunt I possessio, II dominium, III pignus,
& IV haereditas. De possessione et dominio leges polonae pro-
miscue agunt, et de servitutibus nullas speciales con-
tinent dispositiones —

De possessione et dominio

Possessio rerum acquirebatur modis, ut primis occupa-
tione. Author noster Ostrowski agit de libero usu de
venationibus in sylvis et aucupio. Sylvae erant et regiae et

privatorum hereditariorum, ex sylvis regiis Capitaneis honorum regiorum possessores, eam tantum quantitatem consumere potuerant, quae ad focum & extructionem aedificiorum est necessaria, aliam vero utilitatem ex sylvis regiis trahere, prouti mercaturam exercere prohibitum erat. quod sylvas privatas attinet, pluribus constitutionibus prohibitum fuit, uni haeredi privato, ex sylvis alterius privati utilitatem trahere. Invasores sylvarum alienarum poena statutum Lithuaniae poena 12 Rubl. quoad nobiles, 3 vero quoad rusticos afficiebantur, & omne damnum inde exortum resarcire obligabantur.
Objectum venationis est animalia fera, & domestica per fugam in sylvam fera facta. Venari ibi & tunc tantum justum est, ubi, & quando leges non prohibent. In venatione loco & tempore non interdicto facta, animal est illius qui primus illud coepit vel interfecit, Animal refugum proinde restituitur libertati, & novum venationis & adquisitionis objectum esse potest. Eadem regula observanda est, de avibus & apibus ex tra territorium proprietarii existentibus. Leges polonae in materia juris venandi, etiam de specialibus casibus, dispositiones quasdam continent. hic in constitutione Vol II fol 801 occurrente, statuitur poena 10 marcarum contra illos, qui in alieno territorio, vulpeculas e foveis excipiunt. Similis extat lex in constitutione eos, qui alienis canibus, inscio eorum domino venationem exercent. Juxta leges regni, incipit tempus legale vetitae venationis, a S^to Adalberto i. e. 23^e Aprilis usque ad plenariam segregationem segetum. Ulterius agit author Ostrowski, de mari, fluviis stagnis, & piscatione.—
quod juris titulum maris, prius dictum cum hoc quaestio est publici juris.
Notanda hic solum constit de 1775 qua statuitur

statuitur: ubi naufragorum deperditas, iisdem, e quorum restitutionem nimium salvationis, est restituendus.
Antiquitus alvei & littora fluvios publicorum ad jus regium spectabant, deinde vero in bonis regiis ad Capitaneos per quos possidebantur, eorundem fluviorum per bona privatorum fluentium, littora, & jus ibi piscandi, ad haeredes privatos spectabat, jus vero in hisce fluviis navigandi, omnibus erat commune, — popravitem póły w 18/11 ro
IIº In fluviis, limites bonorum ad diversas haeredes, pertinentium, constituentibus, nihil ejusmodi fieri potuit, quod alteri haeredi damnum causare posset. Si fluvius cursum suum mutavit, antiquus alveus semper limitem constituit.
IIIº proprietarius fundi, cursum fluvii cum damno alterius mutans, obligabatur fluvio primam directionem dare, & damnum exinde ortum refarcire —
IVº In fluviis limites inter duo bona constituentibus, piscatio cuivis haeredi, tantum ad medietatem ~~fluvii~~ alvei competit —

De rebus inventis

In voluminibus legum de rebus inventis, paucae inveniuntur dispositiones. In genere tantum dicitur, quod si contra quendam, indicia sint, rem deperditam per eundem inventam esse, & ille hoc negaret, id juramento confirmare, seu sic dictum juramentum purgatorium edere obligatur.
In statuto Lithuanico sequens occurrit dispositio; quod si thesaurus, per proprietarium in proprio fundo, fuerit inventus, integer titulo proprietatis, ad dominum fundi pertineat: quodsi vero per quempiam alterum inventus fuerit, per medium cedit Domino fundi, per medium inventori. In fundo titulo obligatorio possesso, ½ pars proprietario, ½ pars possessori obligatorio obveniebat —

De acquirendo dominio per accessionem

Accessio est incrementum rei mobilis aut immobilis, quod ex re nascitur, aut ei recenter jungitur, ita tamen

int

dominus unius rei, a domino alterius rei, traditum n. est. De acquisitione dominii p accessionem, sequentes in Voluminibus legum reperiuntur dispositiones.

1° arbores in fundo alieno plantata, cedunt domino fundi titulo proprietatis – quodsi vero per bonae fidei possessorem fuerint plantata, earum medietatem talis possessor acquirebat. –

2° qui fundum alienum inseminavit, perdidit semen, & pro violentia facta 3ium marcarum poena plectebatur, a qua poena liber fuit, si fundum alienum bona fide tamquam suum inseminavit.

De acquirendo dominio p praescriptionem

In jure polono, inter usucapionem tq quamodum acquirendi juris, propter usum ejus certo tempore lege definito continuatum, & praescriptionem id est amissionem juris, intra certum a lege definitum tempus, n exercitum nulla aderat distinctio, imo in legibus polonis, nequidem vox usucapio occurrebat. Leges polonae solummodo de praescriptione agunt, p eandem eidem modum acquirendi, quam amittendi juris intelligunt, quod si igitur in constitutione quadam de praescriptione est sermo, ex contextu ejusdem erui debet, an de acquisitiva, v vero de extinctiva praescriptione agatur. Quod autem institutum usucapionis legibus polonis prorsus fuerit ignotum apparebit ex pluribus constitutionibus, quas mox inferius citabimus. Dominium itaq rei cujusdam, ideo tantum ad alium possessorem transibat, quia jus rem hanc repetendi, seu actio domini prioris p praescriptionem extincta est. Quodsi igitur aliquis dominium rei cujusdam ex praescriptione acquirebat, hoc n fiebat ideo, qui longum hujus juris usum fecit, sed quia prior dominus, actionem vindicatoriam amisit, seu ut in legibus dicitur, novus rei, sive mobilis sive immobilis possessor nonnisi propter extinctam prioris domini

domini actionem, in possessione sua turbari non potuit.
Utriusque quidem, tam usucapionis, quam praescriptio-
nis unus idemque effectus: unus scilicet, rem amittit
quam alter acquirrit, attamen magna differentia
sese manifestat alio sub respectu, et quidem intuitu re-
quisitorum ~~[illegible]~~ usucapionis —

Si scilicet de usucapione sermo, certa requisita
ex parte usucapientis adeo debeat esse: justus titulus
bona fides, possessio per certum tempus continuatum etc. Jam
vero in praescriptione haec requisita non sunt necessaria. Au-
thor noster Ostrowski, sequentia usucapionis adducit
requisita, et quidem 1o ut res talis sit, quae usucapi
possit (in commercio existens) 2o) Ut usucapiens sit
in bona fide, 3o) Ut habeat justum titulum, 4o) Ut rem
possideat tempore lege definito, 5o) Ut possessio haec non sit
intermissa. Ad hoc requisita una cum sua terminologia
aperte ex jure romano desumpta in legibus polonis non
occurrunt. Opinio authoris nostri, quod usucapio locum
habuerit, in legibus polonis nequaquam fundata est.
Omnes namque leges, ad praescriptionem spectantes loquun-
tur solum de amissione juris, et nonnulli sequela
instar statuunt quod posterior dominus in possessione rei
turbari non possit, quia scilicet prior jus rem vindicandi
amisit. Verior ibi videtur opinio illorum antiquorum
juris poloni scriptorum, qui non de usucapione sed
solummodo de amissione jurium, seu de praescrip-
tione stricte loquuntur —

nic nie opuszczono
ciąg dalej na drugiej
stronie

Ita Zaborowski Zawadzki & hi antiquiores scriptores praescriptionem definiunt, tanquam rei ad se aliquo jure pertinentis, tempore legibus circumscripto, odio negligentium, ut rerum dominia in incerto ne introducta. — autor noster plures adjicit casus, in quibus jus per praescriptionem amittitur, cum autem hic loci in exponendis modis acquirendi dominii versemur, hinc de illis tantum loquemur casibus, ubi dominium per praescriptionem ab una persona ad aliam transfertur. Non semper necessarium est, ut, si una persona jus aliquod per praescriptionem extinctivam amittit, hoc ipse ad aliam quandam transeat, ita E.g. si, quis refarcitionem damni per certum tempus non petit praescribitur huic juri, sed per hanc praescriptionem alter nullum adhuc jus acquirit, sed nonnisi ab actione ejus liberatur. Praescriptio itaque non semper cohaeret, cum acquisitione juris alicujus. Hic loci itaque istos viginti aut plures casus, quos author noster adfert, in quibus autem nullum jus acquiritur, omittemus, de eisdem, ferius, ubi de extinctione jurium, agemus, loquemur, hic tantum 3 casus praescriptionis exponemus, in quibus, in consequentiam amissionis juris, dominium alicujus rei acquiritur.

Primus casus ejusmodi praescriptionis, continetur in statuto Casimiri M: 1368 ita sonante: "Cum praescriptio, "propter negligentiam & pigritiam dominorum est instituta, proinde decernimus, quod si aliquis credit, se habere aliquod jus, ad aliquam haereditatem (haereditas "hic loci, saepius, non sensu Mass, seu substantiae "defuncti. sed bonorum haereditariorum sumitur, adeoque "idem ac patrimonium significat) quam aliquis

„aliquis praesentialiter possidet, si intra 3 annos & 3 menses tempore pacis & concordiae sustinet, & patitur, pacifice eum posses„sorem candem hereditatem possidere, ita tamen, quod licet posset de facili intra praedictum tempus & spatium, ad ipsum possidentem venire, & coram judice cum facile convenire eundem, tamen immotam eandem reliquit quaestionem, & passus est possidere, ex tunc ab omni jure hereditatis, quamodolibet sibi competente, censemus eundem post decursum trium annorum & 3 mensium cecidisse. Hoc statutum aperte loquitur de amissione juris repetendae hereditatem suam, & nomine ad amittentem fere refert, quin de possidente ejusve requisitis, ut bona fide justo titulo dicat; lex itaque posteriori possessori, dominium proprio non tribuit, sed priori domino adimat jus rem repetendi, & consequentia hujus est, quod praesens possessor maneat in possessione, cum a nemine in ea possit turbari. Opinionem nostram, quod leges polonae in statuenda praescriptione, nomini ad amittentem respexerunt, magis adhuc confirmat alius articulus ejusdem statuti Casimiri M: 1368, ubi quoad praescriptionem mulierum, aliud & quidem longius tempus statuitur, quia mulieres ad jura sua defendenda, & patrimonium suum administrandum minus aptae sunt: ita sonat articulus: " Cum realis distinctio personarum habeatur, inter quas „quaedam sunt liberae alii vero minus liberae, ut mulieres, quae „agere non possunt in judicio quando volunt, propter res & hereditates sibi competentes & obligatas; propter hoc statuimus, ut „viris tantum & masculis praescriptio triennalis hereditatis causa sic dicta, scimus tamen eundem 3 annis & 3 mensibus absolvi.) " currat viduis vero praescriptio 6 annorum, propter sexus fragilitatem mulieri autem maritatae, cum non habeat in ipsius liberam potestatem 10 annorum solummodo opponatur praescriptio." In sequenti articulo de praescriptione maritatarum mulierum fusius agitur hisce: „Mulier maritata ad aliquam hereditatem dicens & credens

credens se jus habere, ratione dotis, v. quolibet alio modo — si intra tempus 10 annorum n. voluerit v. neglexerit, ob eandem haereditatem quaestionem instituere, ita, — ut infra quidem tempus 10 annorum tempore pacis & concordiae patiatur possessorem pacifice, & quiete possidere, respectu juris decennii, quoad eadem mulier ab omni haereditate cecidit. Confirmata e. haec dispositio a rege Sigismundo Constitutione anni 1519 qua statuitur quod mulieres nuptae decennalem habeant praescriptionem — Alia exceptio statuitur in eadem constitutione Sigismundi 1510 quoad bona Virginum monialium hisce verbis: "Praescriptio Virginibus monialibus, "ad bona haereditaria repetenda, fiat a professione "religionis 20 annorum. Aequum enim videbatur, favore "religionis, ut cum illis praescriptio statui debuit, "& nuptae decennium habeant, ipsae ut sponsae Christi "& quia in claustris inclusae & educatae, tam cito rerum suarum cognitionem habere n. possunt, duplum haberent — Alia exceptio quoad bona ecclesiastica obtinuit, quae nonnisi praescriptione 60 annorum amittebantur — Alia exceptio quoad pupillos locum habuit, Contra pupillos enim in regula nulla actio locum habuit, sed usque ad legitimam eorum aetatem prorogari debuit. Casimirus A. 1368 hac de re statuit: Si impuberes in judicium fuerint citati, judex litis contestationem usque ad legitimam aetatem prorogare debet. Si deinde pupillis legitimam aetatem attingentibus, actio innovata fuerit, iidem pueri contra se agentibus exceptionem praescriptionis v. tantae taciturnitatis illorum annorum, quibus judicati n. fuerunt

N.º VIII.


Jus Poloniae antiquum

Zeszyt ósmy

Adam Bochiński

18 11/12 40 we Lwowie

Choć wiem [illegible] że Cię nudzi
To co mię życie na tym świecie ludzi:
Jednak miłe o Tobie wspomnienie
Najczulsze [illegible] mi westchnienie



judicati non fuerint, opponere non possunt — nam non valenti agere non currit praescriptio.

Sed tantum uti poterant istius temporis praescriptione si quae fuit apud ipsos vel eorum progenitores antequam fuissent primo ad judicium tracti, super eadem causa, ut e servatis verbis hujusce statuti patet: quod illud nonnisi tempus, ~~quod illud tem~~ in praescriptionem imputari potuit quod ab acquisitione rei, per pupillum facta, ~~[illegible]~~ neque ad actionem prima vice institutam elapsum est —

De praescriptione generali 3 annorum et 3 mensium quemadmodum plures articuli leges loquuntur, ita etiam de specialibus casibus leges extant, quarum nonnullas ipsum Casimiri M: Statutum in aliis articulis exponit. # "Si aliquis emerit hereditatem et ipsam tenuerit 3 annis et 3 mensibus pacifice et quiete, et si ipsum aliquis consanguineus vel affinis, post praedictos annos impedierit, volens ipsum ab hac emptione, propter proximitatem amovere, tunc consanguineus sive affinis, qui tacuit 3 annis et 3 mensibus, non potest praedictam adquirere hereditatem," Igitur talis proximus, si contra ordinem successionis, bona ad ipsum non fuerint devoluta, eadem a venditore vindicare voluit, si eidem hoc praescriptio non obstabat: hoc etiam ita intelligere volumus (+) quod si aliquis creditor, diceret: haec hereditas est mihi proximior quam tu tenes, nam venditor ex hoc bono ~~ex hoc bo~~ mihi obligatus erat,) si autem is post hujusce spatium siluerit, cujuscunque conditionis sit, silentium perpetuum ipsi propter hanc hereditatem imponatur, quamvis prius ob potioritatem vicisset —

Alius casus in Statuto Casimiri M: continetur, ita sonat, Franciscus vendidit Gregorio hereditatem pro 100 marcis, pro qua statim Gregorius 40 exsolvit, residuam pecuniam in certis terminis se persoluturum promittens, et sic idem Gregorius, post 4 annos non facta persolutione totali, pacifice et tute tenebat. Jam in fine 4 anni idem Gregorius reliquam pecuniam se promittebat daturum, exsoluturum, tunc Franciscus quaerit, quod possit totum contractum qui ab emptore

Unius articuli ita habet

(+) ita loquitur statutum ulterius

-ii fuit adimpletur, rescindere — statuimus, propter quietam & pacificam possessionem habitam p 3 annos & 3 menses, venditionem prædictam habere perpetuam firmitatem, obstante nimirum tanti temporis taciturnitate. Sartores leges confirmarunt etiam præscriptionem ubi Constitutio Tigurini 1523 edita sic sonant: " Ex consuetudine & jure antiquo servabatur quod vendens hereditatem emtorem p 3 annos & 3 menses, ob petitionem quam emtorem ad interveniendum liberandumve sit adstrictus, sed quia multoties contigit, quod vicini illius vendita hereditatis, quorum limites ipsum quoq contingunt, intra præfatum spatium emtorem vexare postponunt, donec venditoris & intercessor præscriptione emtionis fere excusare possit, qua elapsa emtorem infestare non reformidant, proinde statuimus: quod, cum aliqua hereditas emtori a venditore ostenditur, vicini ejusdem hereditatis, p emtorem cum ministeriali evocantur, ut emptioni interesint, qui, si venire noluerint p ministerialem vocati, & p 3 annos & 3 menses actionem non movent, tum possessor ad probationem sua emtionis cum testibus admittebatur, & præscriptione tanti temporis juvabatur —

Deniq eadem præscriptio obtinuit si bona communia fuerint divisa — quodsi enim aliquis huic divisioni sese opponere voluerit, querelam suam intra 3 annos & 3 menses movere debuit, secus bona eis divisa ab aliis jure irrevocabili acquirebantur. Hoc edicitur in Statuto Cammini Ao: quod cum generali præfatione incipit sequentibus verbis: Cum omnis dissensionis & discordiæ materia sit ipsa communio, in qua etiam fratres, & quidem germani existentes, ad odia & lites non modicas sæpius provocantur, ad quas evitandas, ne in periculum vitæ incidant, consueverunt plerumq homines, vivere ~~libere~~ & ditare, in domibus propriis separati, de ~~parte~~ bonorum sive hereditatum quæ ipsos concernunt, parte

habita divisione ad invicem, interventu ipsorum
amicorum, proinde statuimus nostra authoritate ut
quicunque fratres et amici consanguinei, aut remoti
sexus utriusque ab invicem separati fuerint et divisi, et
in hac separatione et divisione steterint, iis provocan-
tes a repetitione seu vindicatione partis haereditá-
tis fratris sui et amici, praescriptione objecta, legitime
excludentur, nisi causa legitima assignetur et allega-
tur, propter quam praescriptio impedita fuerit. —
Ex omnibus hisce legibus fluit, quod praescriptio de regula
per 3 annos et 3 menses durabat, exceptio solummodo obti-
nuit quoad viduas 6 scilicet annos, mulieres mari-
tatas 10 annos, minoriales 20 annos et ecclesias 60 annos.
Nonnullae autem exceptiones quoad objecta praescriptionis
exstant, ita in statuto Casimiri M. occurrit casus, de
sepe in limitibus et granitiis posita, idemque specialis
casus generali cum valore deciditur; ita habens: Francis-
cus movit querelam contra Aegidium, quod in ipsius
haereditatem et fundum posuit sepem, inter easdem
omnes fructus, quos fecit, et facere potuit percepit; Ae-
gidius autem respondit, quod idem Franciscus in eadem
villa, die ac nocte, praesens est et fuit, cum ipso
et per duos annos tacuit, nec unquam admonuit Aegidium
ipsum, nec verbo, nec sensibus praenotatis + amovendo;
nos itaque attendentes, desidiam seu pigritiam ipsius Francis-
ci statuimus in hoc casu pro Francisco 3 annorum ob-
stare praescriptionem. —
alia exceptio tunc occurrit, si subditus aliquis aufugerat,
et in alieno territorio sedem suam posuerat, tunc enim
unus annus ad praescriptionem absolvendam sufficiebat,
id est, post decursum unius anni, prior dominus a posteriori
subditum aufugum vindicare amplius non potuit. sed iste an-
nus computabatur a momento quo prior dominus ad
notitiam commorationis praesentis subditi pervenit. Denique
per statutum Casimiri M. 1347 haec continet disposi-
tionem, si a nobis et a quocunque alio domino subditus —

+ supra memoratis

v. Cmeto aufugerit, absq culpa domini sui, idem Cmeto fugienti tandiu nullum jus erga quiret, donec domino ejus de mansione ipsius non constiterit, secus si domino ipsius de mansione ejus constiterit, & intra annum ipsum jure non repetierit, ex tunc post annum, si ipsum repetere voluerit, minime ibi hoc facere licebit.")

Ab hacce dispositione Casimiri M: recedunt leges provinciales & posteriores constitutiones, variis namque terminis hujusce praescriptionis determinabatur. In nonnullis palatinatibus, ubi Braclaviensi, Podoliensi & Wolyniensi, spatium 3 annorum in Lithwania spatium 10 annorum. Referunt tamen scriptores polonici, quod hae leges posterioribus temporibus non semper observatae fuerint, quodque tam in judiciis, quam etiam in scriptis jurisconsultorum, nulla mentio hujusce praescriptionis facta fuerit, quod video subditum profugum repetere licuit, dummodo dominus vindicans juramentum praestiterit quod subditus aufugus ad suam terram spectet, quodque ille de mansione subditi hujusce nil sciverit. Postea vero medio decreti Consilii perpetui anno [illegible] jus subditos profugos repetendi, magis limitatum extitit, tali namque decreto dispositum erat, subditum profugum ibi manere debere, ubi commissio lustratoria eum deprehenderit, etiamsi tempus legale, ~~praescri~~ illum vindicandi, nondum fuerit elapsum. At hae lustrationes, id est, pervestigationes redituum & statuum subditorum, solummodo ad bona regalia se extendebant, quapropter praecitata constitutio Consilii perpetui, nonnisi ad subditorum bonorum regiorum referri potest. — —

Praescriptio secundum leges provinciales

quod statutum Lithuaniae attinet, notandum est, in eodem quoad praescriptionem similes dispositiones esse, ac in legibus regni obtinuerat, atque praescriptionem in Lithuania, eodem nisi fundamento ac in Polonia. Etiam in

in Lithuania, cuivis domino propter ejus vigiliam seu negligentiam, denegatur actio atque rei suae vindicatio. Fundamentum praescriptionis itaque est amissio juris rem suam repetendi, et acquisitio rei nonnisi consequentia est. Quoad requisita praescriptionis, similes in Statuto Lithuanico continentur dispositiones ac in legibus regni, nonnisi termini praescriptionis diversi sunt. In regno enim praescriptio de regula spatio 3 annorum et 3 mensium, in Lithuania vero plerumque 10 annorum absolvebatur. Adducemus itaque speciales dispositiones statuti Lithuanici ubi de termino praescriptionis sermo est, ex iisdem probabimus quod praescriptio 10 annis de regula obtinuit. In articulo 4 Cap V. sermo est de divisione bonorum inter haeredes, tum de bono dotis causa filias excludendo, dicitur quod si filia intra decennium a fratribus vel aliis cohaeredibus dotem suam non vindicaverit, eam tunc amplius vindicare nequeat: hisce verbis: "si post mortem patris, fratres sorores suas, in matrimonium elocaverint et si dotem competentem vel summam pecuniariam a patre inscriptam vel relictam, aut quantum bonorum, quae juxta dispositionem juris aut statuti ad filias spectaverint, non extradiderint, tunc sororibus post elocationem in matrimonium, jus petendi dotis hujus extraditionem enatum fuit, et intra 10 annos pro hac dote extradenda agere voluerant. Si per tantum tempus neglexerint, elapso decennio agere valuerint; quod si aliqua earum id tacuerit, a fratribus non vindicata dote, fatis cesserit post mortem illius liberis committebatur eam vindicare, dummodo et hi liberi, postquam ad annos discretionis pervenerint, ipsi per decennium non tacuerint." Porro decennalis haec praescriptio, sancita est in genere respectu bonorum immobilium in Cap IV arti 91 et Cap 7 articulo 10. Cum

fratres habebunt qui sorores suas in matrim elocare.

Cum autem homines plebejae conditionis bona terrestria nec possidere nec acquirere potuerunt non impetrata nobilitate, hinc praecitati articuli Lithuanici statuti disponunt, quod non obstante praescriptione reali ~~tantum~~ proximi possessores jus habeant, ab ignobili possessore bonum terrestre redimendi. Itidem realis praescriptio currebat, contra subditos aufugos de qua articu 11 Cap 13 sermo est. Sed de hoc ce decennali termino praescriptionis et exceptionis, quae majoris momenti Zemalis est, qua bonum aliquod ab onere liberabatur, loca[?] modo, quasi liberum hujus boni dominium acquirebatur, ideo hoc triennalis praescriptio, quamvis primo intuitu pure extinctiva esse videatur, etiam acquisitionem juris, scilicet, libertatis dominii post se trahit, adeoque acquisitiva est. Exponitur hoc speciei praescriptionis ita in arti 7. capite 11 si quis bona emerit, & post factam emtionem vacerfice possedent, & si aliquis in hoc bono, antequam venditum est, debitum officiose inscriptum haberet, per triennium post contractum venditionis respectu ejus modi debiti agere debuit, quodsi post triennium post contractum E.M. non egerit, licet documenta scripta non habeat de eo debito amplius agere non potuit. Exinde patet, quod talis creditor post elapsum triennium ~~personalem~~ personalem quidem actionem adversus suum debitorem, ast non amplius realem in bonum. Illud, in quo ejus creditum inscriptum erat, in ditinere potuerit, quadoque ideo dominium hujus boni, liberum ab hoc ~~dominio~~ onere, acquisiverit dominium. —

Correctura Prussiae, in casu, quoad fundamentum praescriptionis differt a jure Polono, nam legibus Romanis inititurtis, &la, & atque exacta dispositio de

Omnis descriptio in bonum nemo acquirit vel realem actionem ~~[illegible]~~ sed praeter tantum habuit personalem versus primum debitorem & realem versus non modo possessorem creditor, —

requirit enim solum titulum bonam fidem, & non interruptam possessionem.

de praescriptione continetur in titulo IV ubi sonat: „Si quis rem mobilem p. 3 annos & 3 dies, immobilem autem p. 30 annos, n. vi, n. clam, n. alieno, sed suo nomine & titulo, bona fide, pacifice, sine ulla cujusquam interpellatione possederit, ne rei dominium in incerto sint, acquirat„ & tantum quae correlarium appositum est:" nec quisquam cum actione interpellare potest„ — Secundum correcturam Prussiae itaque certa requisita expresse acquirentis exposcebantur, eadem ac in jure Rom: uti justus titulus, bona fides & possessio non interrupta. In ulteriori passu tituli 4.i sermo e. de praescriptione longioris temporis ad mentem juris Rom: hisce quidem quis titulum & bonam fidem docere n. potest, si autem bona p. longissimae praescriptionis temporis, nempe 40 annorum spatio, pacifice & sine ulla interpellatione possederit, eodem modo actioni & vindicationi locus amplius n. erit. Attamen ex eo n. fluit, quod quis rem injusto titulo aut mala fide possidens p. praescriptionem acquirere potest. Enimvero praescriptione 40 annorum, illi tantum succurrebatur, qui justum titulum & bonam fidem probare n. potuit. Additus porro in hocce articulo, quod hocce praescriptio, etiam ad hypothecas in bonis perdurere debeat, nisi ~~quam~~ ~~..~~ 10 annos, eadem hypotheca renovata fuit.

Jus saxonicum, etiam juri Romano superstructum erat, ergo eadem requisita praescriptionis, ac in correctura Prussiis adesse debuerant. Tamen tempus praescriptionis diversum erat, In jure saxonico ~~duplex~~ praescriptionis quoad ~~...~~ ~~quoad~~ temporis spatium introductum fuit: annalis, & ~~...~~ tricennalis — prior spatio unius anni & 6 hebdomadarum, altera spatio 31 annorum 6 septimanarum & 3 dierum absolvebatur. Annalis praescriptio, ad res mobiles altera ad bona immobilia respiciebat. Qualis autem quoad praescriptionem orta erit, cui nam classi rerum: mobilibus an ~~...~~ ~~aut~~ immobilibus jura

jura adeludenda et quamquam alibi consuetudo a sta erat, res incorporales, ut jura (servitutes) rebus mobilibus adnumerandi — tamen in jure saxonico contraria invaluit consuetudo, qua jura ad res immobiles adnumerabantur.

* De inscriptionibus & traditionibus

(Specialem juris realis acquirendi modum, constituebant secundum leges regni, inscriptiones & traditiones, quo sub respectu in primis res mobiles ab immobilibus discernere oportet. Ad acquisitionem mobilium, praeter traditionem, nulla solennitates requirebantur, sed sola corporalis traditio de manu ad manum sufficiebat. Aliud quidquam valebat, quoad traditionem rerum immobilium, quae solummodo per rite factam inscriptionem in acta publica fieri potuit, & solummodo per eam, dominium transferebatur. Haec inscriptio vocabatur de regellari inscriptione donationis, ita ut omnes fere contractus sub respectu qua donationes considerabantur. Donatio itaque seu Transactio dicta in jure polono latiorem habuit sensum, quam Romano & Austriaco, in his namque notio donationis ad illum tantummodo restringitur contractum, vi cujus, dominium rei cujusdam, ab uno ad alterum, ex mera priore liberalitate transfertur, quin alter se invicem obliget. In jure polono autem, omnis contractus, seu omnis Transactio, vi cujus translatio juris, respectu boni cujusdam, ab uno in alium fiebat, species donationis erat. —

(Quoad solennitates rite facta inscriptionis, in Statuto Sigismundi regis sancitum erat: quod solummodo per inscriptionem in acta publica, dominium ab uno in alterum transferatur. Haec inscriptio in lingua latina atque polonica fieri potuit, in provinciis ad Russiam pertinentibus, etiam in lingua Russica. Porro, inscriptiones, juxta leges antiquiores, semper personaliter, nequaquam [illegible] per plenipotentiarium fieri debuerant, ita ut

ut tradens (prius dominus) ad acta judicii castrensis et terrestris, semet ipsum contulerit, ibi inscriptionem fieri curaverit, atque hanc inscriptionem personaliter recognoverit, et quidem sub rigore nullitatis, ita, ut si quis inscriptionem per plenipotentem fecerit, eadem pro nulla cum irrita habebatur. Cum autem magnae exinde subsequutae sint difficultates, hinc legibus posterioribus, etiam per mandatarios speciali plenipotentia provisos, inscriptiones valide fieri posse statuebatur. Caeterum haec inscriptio per mandatarium facta etiam ab ipso mandante recognosci debuit. Quoad has inscriptiones notandum est quod eadem nonnisi coram actis publicis, nequaquam vero domi fieri potuerant; non licuit itaque haec acta publica in domum privati cujusdam transferre. Ab hac regula, quod personaliter tantum, in aede publica, coram officio publico, inscriptio fieri debeat, obtinuit exceptio quoad personas agrae valetudinis; quod si nempe aliquis ob morbum, ad aedem publicam sese conferre non potuit, potuit ab ipso rege privilegium impetrare, ut in domo sua inscriptio fiat. Rex mittebat prioribus temporibus secretarium suum, vel actorum suorum notarium, qui dispositionem aegroti exciperet, tum ad judicium rediret, et susceptam hanc dispositionem, ad acta publica inscribendam curare debuit. Prioribus itaque temporibus, acta publica in domum privatam inferri non potuerant (Zawadzki) posterioribus autem temporibus invaluit usus, quod ipsa acta publica in domum aegroti inferrebantur, ubi haec inscriptio fiebat, nomenque aegroti subscribebatur, quae subscriptio ab officiali confirmabatur, quibus denuum superatis, officialis cum actis publicis in aedem publicam redibat. Harum inscriptionum ita cum consensu regis factarum, eadem erat vis, ac validitas, ac si in aede publica factae fuissent. Exceptio mox memorata senioribus temporibus extendebatur, et praeter agram valetudinem, ob alias quoque causas, translatio actorum in domum privatam, rescripto principis concede

considerabatur vix propter praecitam aetatem.—
Secundum statutum Sigismundi I a Joanne Alberto ap-
probatum, inscriptiones, nonnisi coram judiciis terrestri-
bus fieri potuerant; posteriori vero tempore, invalutum;
specialibus constitutionibus, approbatur, quod inscriptiones
etiam coram judiciis castrensibus valide fieri possent.
Ergo tam judicia castrensia quam terrestria posteriori
tempore, ad recipiendas tales inscriptiones competen-
tia erant. Magni momenti erat haec dispositio, quod in-
scriptio solummodo in proprio districtu fieri potuit, id
est: in districtu judicii sub cujus jurisdictione bo-
num tradendum situm erat. quodsi vero propter circum-
stantias subversantes necessarium erat, inscriptionem
in alio districtu facere, haec inscriptio, ad acta proprii
districtus intra spatium 1 anni & 6 hebdomadum,
transferri debuit, ita quidem, ut si hoc temporis spatio
elapso translatio ad acta proprii districtus non fuer-
it facta, vigor inscriptionis cessabat, juxta statutum
Sigismundi secundum certam formulam.)
Ideo juris polonici scriptores varias formulas recen-
sent. Formulas pro inscriptione donationis, in sensu
juris poloni, testantibus Załaszowski aliisve sequens
erat: Comparens personaliter co,
nobilis N.N: haeres bonorum N: sanus mente
& corpore existens, publice & per expressum recognovit,
quia bona sua haereditaria scilicet villam N. cum
totali ipsius villae haereditate, ac cum omni jure
dominio, & proprietate tituloque haereditario, nec
non cum omnibus ad ipsa bona pertinentibus
& quovis modo spectantibus, et utilitatibus univer-
sis, nihil juris dominii & proprietatis, et usu-
fructuum & utilitatum in praedictis bonis pro se
& suis successoribus reservando seu excipiendo
[illegible]

lateri & longi circumferentia ita quorum praefatorum hereditas se in suis metis et limitibus extendit, prout ea solus tenuit et habuit & possedit nobili N dedit, donavit perpetue & in aevum, irrevocabiliter per praefatum N et ejus successores tamquam veros & legitimos heredes praedictas bona tenenda, habenda, & perpetue possidenda & ad usus bene placitas convertenda. Et jam praedictus N, profato N ex nunc dedit realem intromissionem, & actualem possessionem per ministerialem N in profata bona.

Nic. nie opuscona

et actualem possessionem per ministerialem N in profata bona videlicet villam N & ejus hereditatem totalem et debet praedictus N & ejus successores, praefatum N cum successoribus occasione quavis obveniente tueri, evincere, liberare, & petitione juridica [illegible] juridica, ab omnibus verbis, per praescriptiones terrestres prout ad quamlibet personam praescriptio pertinet, totiesquoties ubi N opus fecerit, sub damnis terrestri nulla

formulla erant pro quovis contractu, ita ut nullitatem de ... cerati a formula creaverit contractui — ..

nulla re exquisita, ipsum tradendo. —
Ex inde sequitur quod post quamvis inscriptionem intronisatio sequebatur.
Erat autem intronisatio, quasi symbolica traditio ad manus, quae eandem habuit vim, cui traditio rerum mobilium. Inscriptio enim nominis titulum confirmabat, id est jus personale in reale transibat, at per intronisationem, revera possessio ab uno ad alterum transferebatur. Intronisatio peragebatur a ministeriali in praesentia 2 nobilium, qui tertium. Ministerialis sic, in praesentia horum nobilium, universam communitatem ad fundum tradendum convocavit, atque novum dominum proclamando, subditos ad obedientiam non priori sed novo domino praestandam monebat; facta de hoc actu relatione ad judicium suum, effectuata inscriptio, ab eodem confirmabatur, id est: addebatur huic quod intronisatio jam est superata. Intronisatio in bonum immobile, a traditione rei immobilis secundum leges regni differebat in eo:

I° quoad formalitates — intronisatio peragebatur a ministeriali in praesentia duorum nobilium quoque tertium. Traditionem vero peragebat, judicii civilis castrensis vicegerens officialis — Burgrabius, qui cum Ministeriali, in assistentia duorum nobilium, perfecit in fundo bonorum inventarium continens specificationem subditorum et proventuum, nec non descriptionem aedificiorum oeconomicorum; atque declaravit, quod jure vincens possessionem obtinuerat.

differentia ratio, et fundamentum traditionis et Intronisationis respect

II° Traditio erat secundum leges polonas modus executionis — etenim post decretum a judice latum jure vincens in possessionem bonorum jure victi mittebatur, et in hac possessione traditoria dicta, tamdiu manebat et fructus percipiebat, donec summam adjudicatam cum usuris extenuaverit. Intronisatio vero, erat traditio bonorum per contractum acquisitorum, post inscriptionem ejus in actis publicis factam. Ideo intronisatio cum consensu utriusque partis in fundamento contractus fiebat — traditio vero ex sententia sequebatur judicis —

quomodo possessio tradita ria, ab obligatoria differrebat inferius patebit —

Statutum Lith: quod donationem atque inscriptionem majoris ex parte concordabat cum legibus polonicis, idemque quod sic donatio, v. alia juris in alium translatio coram aliis judiciis alieni inscripta, ad acta judicii proprii districtus sub rigore nullitatis transferri debuit, nonnisi terminus alius erat quam in Polonia scilicet duorum annorum — In statuto Lithuaniae specialis dispositio aderat: haec: "quod si haec obligatio inscriptionem coram judices alieni districtus facta in ad acta proprii districtus transferendi, tempore belli v. seditionis internae v. pestis fuerit exorta, iste terminus primum a restituta pace, aut subsequuta internarum quietate, aut extincta peste currere incipiat." Simile quidquam etiam in Polonia obtinuit, at in nulla fundamento specialis cujusdam dispositionis, verum ideo quia id ipsociem in inscriptioni transferrebat, idemque generalia ipsius praescriptionis ad hasce casus applicabantur. Qd personas aegre valetudinis, v. alia ex causa uti senectute infirmas attinet, hisce impeditis, quominus personaliter judicia adeant, in erat omnis speciali regio rescripto, quippe quibus jam ex lege ipsa licuit ad se citis 2bus nobilibus possessionatis palatibus, donationem factam v. inscriptam recognoscere, qui debent talem inscriptionem subscribere & sigillis suis gentilitiis confirmare tenebantur, quapropter obsigillatores, pieczętarze nie! vocabantur, & ad acta publica transferre. Statice formalitate observata hujusmodi inscriptionis tanta erat vis, ac si in acte publica coram judice facta fuisset.)

In jure saxonico antiquissimis temporibus varias formalitates ad corroborandam donationem v. inscriptionem tam in rebus mobilibus quam immobilibus requirebantur, ita v.c. si quis rustico fundum traditurus erat, rusticus coram donante arare debuit.

Ad. formalitates quoad nobiles — hi gladio et aliis armis, quasi ad verum hostem instructi esse, et dum pars tum perlegebatur, gladium porrectum ~~fere~~ tenere debebant. et si vires defecere contrarium inire non potuerant. Posterioribus vero temporibus leges hae, quamvis expresse non fuerint abolitae, tamen testantibus pluribus scriptoribus non observabantur, et alius usus quoad traditionem invaluit.

Distinguebatur scilicet inter bona mobilia et immobilia, et quoad immobilia discernebatur iterum, inter ejusmodi bona immobilia quorum valor 500 aureorum excedebat — tum inter ea, quorum valor hanc summam non excedebat: hinc:

I. Traditio bonorum immobilium quorum valor summam 500 aureos non excedebat, coram quovis judicio, quovis loco, quin imo extrajudicialiter, fieri potuit, et nulla specialis solemnitas ad eorum traditionem requirebatur — Jam vero

II. Traditio rerum immobilium quorum valor summam 500 aureorum excedebat, coram judice inscribi debuit non requirebatur autem ut partes vel res tradendae jurisdictioni hujus judicis subsint; sed nisi traditio ex mera liberalitate ~~fiebat~~ fieret, coram quocunque judice jurisdictionis ordinaria proviso inscribi potuit, semper tamen traditio judicialis necessaria erat, ita ut extrajudicialis traditio horum bonorum, ipso jure nulla fuerit, neque tractu temporis convalidari potuit, nisi praescriptio intervenerit. —

Denique correctura Prussiae in articulo II de donationibus ita loquitur: Donationes inter vivos donare, vel bona sua ad acta tamen authentica inscribere unicuique liberum est. Exinde patet quod juxta correcturam Prussiae

nulla

nulla aliqua erat restrictio, sed summodo ad acta authentica donationes inscribi debebant. —

De tandem de Summis redemtionalibus alias

na Wyderkauf

Singularis species inscriptionum erat inscriptio summarum na Wyderkauf, super bonis immobilibus. Saepius fieri solebat, quod proprietarii bonorum terrestrium, pro communitate quadam, praecipue ecclesiastica, vel aliis personis, super bonis suis immobilibus inscripserint summam capitalem, cum obligatione censuum annuum ei, pro quo illa summa inscripta est in perpetuum solvendi. Dominus bonorum ejusmodi Wyderkaffio oneratorum, non obligabatur ipsam summam capitalem ei, pro quo inscripta erat, exsolvere, verum is, in cujus favorem hoc inscriptio facta, nisi censuum exigendi jure gaudebat, & quam primum hic census non erat solutus, judex castrensis se nobis omnibus (diffugiis) sub poena 300 marcarum bona in realem possessionem illi, pro quo summa inscripta erat, tradere obligabatur, hicque in possessione horum bonorum tamdiu permanere potuit, donec dominus, vel alius quispiam census retentos non persolverit, ideo hoc summa vocabatur redemtionalis seu na Wyderkauf, quia dominus bona ob non solutum censum creditori in possessionem tradita redimere potuit, census retentos exsolvendo. —

Vi Constitutionis anno 1632 Vol. I fol. 510 summas ejusmodi utpote in perpetuum inscriptas relui non voluerant, ergo omnis hoc super bonis terrestribus

terrestribus in perpetuum manere debuit. Id vero per constitutionem 1635 Vol III fol 856 limitatum exstitit) ita statuendo: " Census redemtionales aliàs Wyderkaffy, ecclesiis monasteriis hospitalibus, academiis et aliis personis ecclesiasticis, reservando totaliter in suo robore antiquas inscriptiones in posterum totaliter affectamus, ut bona in vim redemtionis obligata et per intromissionem data, in possessione heredum maneant solvendo illis censum annuum juxta summam spectantem septem per X/ a quolibet centenario — staturam quoque inscriptionum redemtionalium alterare nemini licebit, & in hoc consistit ut qualibet die & hora praevia citatione peremtoria judicium castrense, quod intra spatium 12 septimanarum, ante redemtionem debet assignari et decerni, liberum erat heredi, reponere & numerare summam perceptam, quam summam, si ille, qui illam dedit nollet acceptare debet heres illam deponere vel apud loci ordinarium, aut apud Capitulum, aut si Capitulum tergiversaretur apud judicium castrense propriam cum sufficienti quietatione cautionem, et tali modo liber remanere debebit a solutione summae et census ab illa provenientis, & in posterum nullam difficultatem juridicam habebit — & ne in fraudem vel illusionem legis praesentis sub praetextu inscriptionum Wyderkaffow bona terrestria a statu nobilitatis amittantur, non potuit aliquis majorem summam accipere & inscribere in bonis suis, tantum talem

tatem, quæ dimidium valoris boni ejusmodi non excedit, aliter faciens, debet per quemcunque ad judicium terrestre illius districtus deferri, & judicium terrestre, in termi-nis (: na rokach :) in facie nobilitatis debet discernere ejusmodi controversiam et remittere causam ad Tribunal regni, inter causas nexûs fori ad rescindendum contractum —
Respectu solutionis autem ejusmodi census forum & processum sine ulla quavis appellatione assignamus, cujus direcji executionem non debet status, nec citationis ad cassandam nec inhibitionibus retardare, sed Capitaneus in bonis jure victi debet eandem executionem facere semotis omnibus diffugiis sub poena 500 marcarum, et in realem possessionem bona tradere huic cujus summa est, qui in possessione eorundem bonorum tamdiu remanere debet quousque aliquis sive proximior descendens, sive alius ordinis Status equestris persolverit census retentos —
Juxta hanc Constitutionem sequentia valebant —
1º Heres bonorum in vim redemtionis seu na Wydekauf obligatorum, in possessione eorundem permanebat, censum annuum per 7 a 100 solvendo —
2º Liberum erat haeredi quovis tempore facta provocatione peremtoria ad judicium castrense, quæ 12 septimanis ante redemtionem praemitti debuit creditori summam inscriptam recipere, nolente eandem sive in Consistorio sive in Capitulo, sive denique in judicio castrensi deponere, hocque modo bona sua ab hoc onere depurgare —
3º Nemo majorem Summam na Wydekauf inscribere potuit, quæ medietatem pretii bonorum excederet, sub nullitate inscriptionis, quod si quis plus inscripserit, debitori permissum erat casum hunc judicio terrestri deferre, quod causam ad Tribunal fine rescindendi contractus re-legabat. Eadem Consto pro magno Ducatu Lithuaniæ assumpta

assumpserant, medio Const. 1672 eo insuper addito, quod poenam certam solvere debent personae ecclesiasticae, quae contra legem procederent, & propria authoritate pro non soluto censu bona occuparent. Prioribus temporibus ad validitatem validam census inscriptionem requirebatur consensus regius, quod autem testante Zawadzki, serius non observabatur. Si bona in attenuationem census creditori tradebantur, haeres persoluta summa debita nulla obstante praescriptione eadem vindicare potuit, haecque solutio census nullo tempore praescribebatur, nihilominus tamen diversa viguit praxis nonnunquam ita judicabatur, quod possessor a longiori tempore non debeat censum persolvere, nisi a tempore suae possessionis excepto casu quo jam cum antecessore actio eo nomine fuisset intentata, haecque judicatura hisce innitebatur rationibus, quod evictio pro ejusmodi casu non procedat, nisi expresse sit cautum – porro, quod alter pro altero solvere non teneatur, denique quod quilibet in re sua debeat esse diligens, jura enim vigilantibus sunt scripta. Sed multa etiam extant praejudicata, quibus emtori bonorum census subjectorum injungebatur solutio omnium censuum etiam ab antecessore retentorum & non persolutorum, salva actione eidem reservata venditorem ~~evictorem~~ respectu factae evictionis. —


Sequitur Jus haereditarium


Zeszyt dziewiąty


po 35. latach

Łódko! o moja biedna łódko!
Już ci twa gwiazda nie przyświeci!
[illegible] tyrańską tknięta byłaś na świecie
Czemuż och czemuż tak krótko?

18/V 876. [illegible]







N.ro IX

A

Jus Polonia antea[illegible]

Zeszyt dziewiąty

Adam [illegible]

we

Lwowie

18 16/1 41

[illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] niewiernudzi —
[illegible] [illegible] [illegible]

Choć wiém [illegible] że Cię nudzi,
To, co jedno tylko nię żyć Ludzi —
Jednak miłe o Tobie wspomnienie
Najczystsze [illegible] mi westchnienie

[illegible]

gdy Cię Pani ma przytomność nudzi -
gdy natury uśmiech przyjemniejszy
Drażniąc Twej stałości [illegible] stroje
Twe urocze oko wdzięczniej ludzi! –

De jure hæreditario

Hoc jus nititur 1° Testatoris voluntate legitime declarata, 2° pacto successionis valido, 3° lege — inde successio est 3plex: 1° testamentaria successio ex pacto — & successio ab intestato.

I Successio testamentaria.

(De hac aliæ leges valebant in Polonia, aliæ in Lithuania, diversa statuit correctura Prussiæ, & diversa secundum jus saxonicum observanda erant — quoad jus Polonicum — Testamenti factio activa, seu jus condendi testamentum, secundum leges regni omnibus illis competebat, qui potestate de rebus suis pro arbitrio disponendi gaudebant, tam nobiles, quam cives, dummodo sui juris fuerint, & de parte & de tota sua substantia per ultimæ voluntatis suæ declarationem disponere valebant.)

De rusticis occurrit specialis quædam dispositio in constitut. provinc. Gnesnensis: " Sancta synodus decrevit ne quis personarum ecclesiasticarum, sive secularium sive regularium dominium temporale habentium edictis quibuscumque, vel statutis municipalibus prohibere præsumat subditos suos, quominus de bonis suis mobilibus, quibuscumque testentur, testamenta, pro eorum arbitrio condant, conditave non revocet nec infringat, quæ S. synodus firmat, & valida esse vult et censet, prohibitiones tales annihilat, cassat, rejiciat, — (Ergo & rusticis testari licuit.)

Quoad formam externam:

(Justa leges Regni, unica tantum testamentorum species id est scriptorum vim obligationis habuit.)

anno 1726 specialis lata est constitutio, qua testamenta nuncupativa expresse fuerant sublata,) nam in tali testamento semper requirebatur probatio, per testium adjurationem, qui jure jurando confirmare debebant, quod defunctus revera testamentum nuncupativum condidit — Ab hac ambages evitandas testamenta nuncupativa protinus pro invalidis declarabantur. —

(ad validitatem scripti testamenti requirebatur: 1° Aut in præsentia testium fide dignorum, præsertim nobilium ~~fieri~~ condi debuit, (numerus horum testium lege quidem non erat determinatus, sed Przełuski adfert quod 5 adhibendi erant) — 207

2o aut voluit testamentum valide condi coram authoritate pub-
lica, atq a testatore personaliter in actis recognosci, et quidem
vel coram rege ipso, vel coram quocunq judice terrestri, aut
castrensi) — "Attamen Ostrowski asserit, qd testamentum non
fuerit propterea invalidum, quia multi testes in eo subscrip-
ti reperiebantur; dummodo post mortem testatoris fuerit
adinventum, ac in actis publicis corroboratum, obsignatum
atq revisitum — "Adductae solemnitates n. essentiales fuisse
videntur, dum alio modo probatum fuit scriptam, veram ee testa-
toris voluntatem. —
(Relate ad formam internam, seu ad ipsam testamenti teno-
rem, singulare erat hic requisitum: quod nullas dispositiones
de bonis immobilibus in se continere debuit, secus invali-
dum erat.) Statutum Sigismundi dicit: "Decernimus ut testa-
menta condantur juxta veterem constitutionem, ex more an-
tiquitus servato — de bonis mobilibus, immobilia vero tam
haereditaria, quam oppignorata ne defensio reipublicae mi-
nuatur testamentariis dispositioni minime sint subjecta" —
Statutum Casimiri M: Testamenta contra statutum per
nos antea editum, condita, deinceps n. confirmabimus, & quae
confirmata st, jure impugnari debebunt". (Valebat tamen
exceptio ab hac rigorosa legis dispositione sc. quoad bona regalia
nam de his jam in statuto Sigismundi sancitum erat, quod
propter reipublicae commodum regi in parte v. in toto testa-
mento legari possunt.)
Ratio hujus legis, de bonis immobilibus testari prohibentis, erat
haec: ne testatores communiter in lecto mortis testamenta
condentes, et tunc temporis ad donationes ecclesiis faciendas valde
proni, praecipue ex instigatione Monachorum moribundos assi-
stentium, sua bona cum damno prolium, aut consanguineorum
ecclesiis aut monasteriis donent, sed ut ea legitimis relinquan-
tur successoribus, & sic processus de hoc ce jure naturali
praetendantur. —
2o) Ne autem hae leges, quae de bonis immobilibus testari pro-
hibebant eliderentur, lata e constitutio, quod in posterum ne-
~~nemini~~ nemini, tam nobilis quam civilis conditionis incolis lici-
tum sit, in bona, domus lapideas, fundos tam haereditarios
quam civiles summas & obligationes p testamenta conducere

conducere, et si alicubi tales summae irrogatae contra juris dispositionem intervenerint, ejusmodi non obstantibus, quibusvis decretis in quacunque judicio procuratis, nullius valoris esse declaramus, et cassamus. Respectu hujus, successoribus legitimis bonorum tali modo alienatorum sive haereditariorum seu civilium, liberam persecutionem in Tribunalibus regni declaramus. — His legibus itaque vetitum erat summas in pro bono immobili inscriptas legare, nam tali modo dispositionem supra citatam facillime eludi possent, dummodo aliquis talem summam bono suo inscripserit et legaverit, quae valorem boni ipsius immobilis attingit. Zaturnowski duo adfert judiciorum decreta quibus statutum erat, quod summas modo obligatoreo, in bonis terrestribus haerentes pro rebus immobilibus esse censendas, adeoque testamentariis dispositioni non subjacere — tandem.

3.) de piis legatis in specie sequentes valebant dispositiones: Pluribus dispositionibus sancitum erat, quod communitates ecclesiae bona immobilia nobilium aut civica nullo titulo, ergo nec titulo ex testamento aut legato acquirere possent, nisi per exceptionem id est consensum. —

Constitutio 1635 et plures alias sanciunt:

1.) Omnia legata ad pias causas, in domibus aut aliis bonis immobilibus, modo obligatoreo haerentia, sub nullitate Testamenti, et sub poena luenda prohibita erant. —

2.) quod attinet pia legata ex bonis mobilibus facta, illa prioribus temporibus omnino valida erant, ast Constitutione 1768 statuit, quod a decumbentibus in lecto aegritudinis nulla dispositiones etiamsi quoad res mobiles tantum in favorem personarum ecclesiasticarum, aut ipsarum ecclesiarum valide fieri valeant. Huic dispositioni alia adjecta est Constitutio 1776, quod etiam legata ecclesiae et ecclesiastica post conditum testamentum, "cjepta ręka" facta nullam plane habere validitatem; id est legata brevi manu, seu si statim tradebantur, et non inscribebantur. —

B. quoad statutum Lithwanicum

Hoc de successione testamentaria magis determinatas continet dispositiones, quam in jure polonico inveniri possunt; inde: I. quod attinet testamenti factionem activam, sequentes ea non eadem non gaudebant: 1.) Minorennes, seu non habentes aetatem

Aetatem 20 annorum—
2° Filii sub patria potestate adhuc existentes; — hi tamen de illis rebus disponere valebant, quas proprio labore et industria, aut servitio suo acquirebant—
3° Monachi professi — 4° Banniti seu exules patria oberrantes
5° In potestatem alterius cum rebus et bonis suis se ipsi traditi—
6° Captivi — 7° Mente capti quamdiu hic status mentis perturbata durat, nisi forte in lucido intervallo test. condiderint.
Praeter has personas omnes aliae, facultatem de rebus suis, per ultimae voluntatis declarationem disponendi gaudebant, itaque non solum nobiles et cives urbium privilegiatarum, sed quibusdam cum restrictionibus etiam incolae civitatum non privilegiatarum, uti et servientes censitores aliique homines ordinis inferioris testam. condere valebant.—

II Quoad formam externam Testamenta privilegiata ac non privilegiata sunt distinguenda: — In regula testam. coram actis publicis officii terrestris aut castrensis proprii sui districtus condi debebant, aut saltem testator judicii terrestris aut castrensis officiales in domum suam adsciscere debuit, uti jam in doctrina de traditione dictum est. — Si vero testator non valuit totum officium terrestre aut castrense habere, eotum obligabatur saltem coram uno officiali et duobus nobilibus, et si etiam unius officialis terrestris aut castrensis adcitari non potuit, coram tribus testibus fide dignis, et in Magno Ducatu Lithwaniae possessionatis, quae testibus ultimam suam exarare voluntatem.

Qui testes Testamenti adhiberi non potuerint:
1° Omnes, qui jam ipsimet Test. condere non potuerant — 2° Foeminae, 3° Executores ipsius Testamenti, 4° Quibus aliquid in Testamento fuit relictum.—
Praeterea testator ultimam suam voluntatem, adposito pro sigillo et si scribere gnarus erat, etiam subscriptione sua confirmare tenebatur. Similiter testes si scripturae gnari erant necnon Testam. subscribere debebant, quae tamen subscriptio in ipso Testamento non autem in involucro fieri debebat. — Praeterea testatorem oportuit rogare testes ut adponant sua sigilla. Post mortem testatoris tale testamentum, absque ulla mora et retardatione, coram judicio terr. et castr. actis ingrossari debebat. — Si evenisset, quod aliquis in exteris terris testamen

Testamentum condere voluit, tunc ejusmodi Testamentum factum denuntiari debuit ubi id erepiebat coram illo Magistratu, et postea veniendo ad dominium et districtum proprium, monstrata copia ab illo officio coram quo Testamentum factum est, coram judicio terrestri districtus sui, nihilominus denuntiandum fuit, & insuper illi, cui aliquid in testamento in ceteris facto relictum fuit, debuit jure jurando confirmare, quod hoc Testamentum juste, cum voluntate, scitu, & in sana mente Testatoris conditum fuerat.

Testamenta privilegiata illa erant, quæ in bello aut in itinere condebantur. In tali casu si testator non potuit tres testes habere, tunc saltem duos nobiles fide dignos adhibere debuit, qui post factum Testamentum, magno duci Lithuaniæ præsentari, aut coram judicio terrestri in primis terminis, aut coram judicio castrensi sese sistere tenebantur. In bello etiam valebat testamentum coram duce exercitus, et vice sigillifero districtus factum. Ceterum circa omnem præsentationem hujus testamenti testes adhibiti juramento pro illud confirmare tenebantur.

In genere secundum statutum Lithuaniæ valebat: quod illa Testamenta in judiciis pro validis non agnoscebantur, quæ in Dato notabilem rasuram, et correcturam continebant, — itidem si in alio loco in damnum alicujus persona rasura et correctura occurrebat, talis articulus invalidus erat. Nihil vero officiebat Testamenti validitati si non in Dato, vel in damnum alterius, ast solummodo in alio loco minus necessario, ex errore scribentis inveniebatur rasura, tamen si in uno articulo, vel (+) cruce aliquod vitium occurrebat, alii vero articuli juxta leges fuerint facti, tunc ob unum vel plures istos articulos totum Testamentum non potuit impugnari aut cassari. —

III Quoad formam internam seu testamenti tenorem in Lithuania similes & antiquiores adhuc ac in Polonia valebant præscriptiones) a) De bonis immobilibus nulla valebat ultimæ voluntatis dispositio. b) Itidem cum Lithuania assumpta fuit per Constitutionem pro 1677, jam prius citata Constitutio 1676, qua scilicet, prohibitum fuit, summas modo obligatorio bono immobili inhærentes alicui legare, adjectaque declaratio quod legitimi successores tale Testamentum impugnare possint, si fuerint nobiles, coram Tribunali

Tribunali Magni Ducatus Lithuaniae — si vero fuerint cives, coram officio, seu judicio suo civili, salva tamen appellatione ad jus regni assessoriale. —

c) Etiam de hereditate tam paterna quam materna (nulla) valebat dispositio. Hoc fieri potuit solummodo de hereditatibus per aliquam acquisitis et de rebus mobilibus — Alia restrictio viguit, ast solummodo ad certam personarum clasem in Lithuania ~~[illegible]~~ nempe:

d) quod servus libertate donatus, item civis, civitatum non privilegiatarum & homo simplex, (dziemplex stuga tarki) non de omnibus rebus suis mobilibus testari & disponere potuit: solummodo de $\frac{1}{3}$ earum parte, $\frac{2}{3}$ partes liberis suis relinquere debuit, propter servitium illius terrae, in qua sedebat, & si nullos habuit liberos, nihilominus tamen in domo sua illae duae partes propter servitium remanere debebant; & si liberi fuerint libertate donati, & voluerint se in alium locum transferre, tunc duas partes pro tuerunt secum recipere, tantum terram domino relinquentes, cum insemination. siligine, & cum domibus, atque cum toto hoc, quod cum terram illam in serviendo acceperat testator. —

e) Quaedam restrictio obtinebat quoad personam heredis instituti, nam nullus, cujuscumque fuerit status, inservienti suo, qui aut servus aut mobilis cujusdam ~~fuit~~ fuerat, testamento aliquid relinquere potuit, nisi prius illi libertatem donavit. Libertatio tamen ~~[illegible]~~ etiam per Testamentum fieri potuit, quo facto in eodem testamento hujusmodi liberto aliquid pro voluntate et arbitrio testatoris relinquere potuit. —

f) Quoad personas scilicet, tamquam heredes instituendas, in articulo 2o capite 8o sancitum fuit, quod bona mobilia, tam personis spiritualibus, quam secularibus legari queant. In articulo 3o Capite 8o statutum fuit, quod si quis voluerit bona sua ~~acquisita~~ acquisita Ecclesiae Testamento relinquere, liberum illi erat hoc facere, tamen ecclesia tenebitur, ex bonis testamento sibi relictis ad expeditiones bellicas contribuere.

Porro constitutione 1635 statutum, quod in regula non liceat bona immobilia sub quocunque titulo ad communitates ecclesiasticas transferre, tamen cuilibet permissum fuit de suis bonis immobilibus quocumque modo acquisitis fundationes de novo radices, in favorem monasteriorum, hospitalium, & aedificiorum ecclesiasticorum erigere, & eo nomine quascunque facere inscriptiones, ea adjecta cautela

cautela: quod fundator in tali resignatione, aperto pectore, coram pleno officio terrestri jurare tenebatur, sub fide, honore, & conscientia se hanc fundationem de nova radice, ex bonis suis haereditariis, quin nullum propterea contraxit, sine ullo coactu, sed ex puro zelo & propria libertate confecisse, neque aliquid contra fraudem hujus constitutionis aut aliarum legum meditatum esse. Haec constitutio, per aliam jam prius citatam confirmata est; Senior autem constitutio 1768, quae in Polonia de piis legatis edita est, in Lithuania non obligabat, uti medio Resolutionis Consilii permanentis a. 176 expresse agnitum est. —

§ In articulo 42 capi 3º ordinatum est, quod cuilibet sit liberum, bona sua tam mobilia quam immobilia et alias haereditates regi Testamento legare, et inscribere coram judicio terr: v castrensi — vel coram actis Cancellariae — denique prohibita fuit acquisitio bonorum immobilium ab his personis, quae aequalitati ac paritati juris ac poenae subjecta non erant, proinde praecitatae dispositioni derogatum fuisse videtur, quia rex cum subditis suis eidem juri non subjectus erat. si ergo ejusmodi bona ad ipsum fuerint devoluta, tunc illa demo nobilibus Lithuaniae conferre tenebatur. — Praeter has exceptiones non erat restricta testatoris facultas, imo pater suis filiabus, dotem in Testamento assignare valebat; semper vero ille, qui testamento suo, aliquid alicui inscripsit, quamlibet rem specifice ponere debuit. Denique notandum: quod si in Testamento aliquid contra legem dispositum fuit, nullum vigorem habeat, quod tamen per istos vitiosos articulos, aliorum validitas non minuatur.)

C. quoad correcturam Prussiae

In testamenti factione activa correctura Prussiae nil disposuit quod attinet formam testamenti externam: plures adsunt dispositiones; testamenta aut judicialiter aut extrajudicialiter condi poterant.

1º Si in jure seu judicio testator ultimam suam voluntatem profiteri cupiebat, tunc integrum ipsi erat, ad acta quae eunque authentica disertis verbis id facere, et tunc ista declaratio in acta referebatur; aut etiam potuit Testamentum, sua solius manu subscriptum, et sigillo munitum clausum, ad eadem acta offerre, cujus oblationis & traditionis actus, in acta officii inscribi debuit. Morte testatoris intelligenta, intra tres menses ad instantiam officii apud quod testamentum depositum erat vel etiam officio id negligente ad instantiam cujuscunque interessati peremtorio successores ad officium citabantur ad audiendum & videndum illud Testamentum ibi clausum, et in hoc termino sive comparuerint citati

itali, sive si Testamentum aperiebatur, publicabatur atque in acta inscribebatur. —
2° Si quis extrajudicialiter Testamentum condere voluit, illud testatoris manu & 3 testium fide dignorum subscribi & sigillis muniri debuit, quodsi ipse testator scribere nescieverit, quatuor testes, in praesentia religiosorum, nomen ejus subscribere debuit. 2—
Quod attinet formam internam liberum erat cuique de bonis mobilibus quibuscunque, non vero de immobilibus testari. Notari debet, quod cuicunque sive Testamentum judicialiter sive extrajudicialiter, condiderit fas erat, illud ante mortem suam, quotiescunque ei visum fuerit revocandi, tandem ultimam suam voluntatem in toto vel in parte immutandi, ita, ut ad mortem voluntas ambulatoria & libera fuit, & semper novissima ratihabita fuerat. — Si aliquis hereditati renuntiavit, sive filius fuerit, sive quis cuique alius, ad debita solvenda, aut ad alia hereditatis onera ferenda non obligabatur, bona autem omnia creditoribus dimittere debuit. Quodsi in tali casu suspicio fuerit orta, ex hereditate aliquid ad illum pervenisse, a creditore ad judicium terrestre vocatur terminum videntetem habuit, cum quo juramentum corporale praestare tenebatur: se nihil ex bonis defuncti possidere, aut dolo malo possidere desiisse; quod si praestare recusaverit ad debitum liquidum quod erat petebatur, ad dissolvendum cogebatur.

x) de juramento *

D) quoad Jus saxonicum,

Hoc jus in genere adoptavit principia juris Romani, ideo hic solummodo exceptiones proponuntur. —
De forma Testamenti constat, quod illa plerumque judicialiter condebantur, si tamen testator judicem non adierit, et coram eo apud acta in loco judicii Testamentum suum non condiderit, sufficiebat si testator, qui ob aegritudinem in judicio comparere non potuit, vel aliter ibidem se sistere noluerit, quosdam scabinos, seu decuriones, ex judicio ad se adsciverit, et coram illis nullis adhibitis aliis testibus Testamentum fecerit. — Ut ejusmodi Testamentum qua validum considerari possit requirebatur:
I° Ut 2 vel 3 senatores vel scabini adhibiti fuerint, adeo, ut si Testamentum coram solo judice vel actuario factum fuerit, nullius erat validitatis —
II° Ut senatus vel judex ipse a testatore, vel alio ejus nomine rogatus assessoribus vel scabinis illis, ex officio injunxerit, ut Testamenti factioni nomine judicii vel senatus interessent. Si vero scabini fortuito advenerint, vel a testatore, vel alio ejus nomine rogati non fuerint, ut ejus Testamento testes esse vellent; nec illis a senatu vel judicio quid

quid facere mandatum fuerit, non sufficiebat, & Testamenti validitati non favebat. —
3º Requirebatur: ut testator in praesentia illorum scabinorum nominatim suam voluntatem aperuerit, & coram illis Testamentum suum condiderit, et si Testamentum antea fuit scripto conditum, ut illud praesentibus scabinis per actuarium perlegi curaverit;
4º) Necessarium erat, si notarius ad mandatum testatoris scabinis praesentibus ejus voluntatem legit, ut testator expresse, & in specie si a scabinis interrogatus fuerit, an illud quod notarius praesentibus illis perlegit, suum Testamentum & ultimam voluntatem esse voluerit, alias si testator interrogatus non fuerit, Testamentum non valebat;
5º) Requirebatur; ut testator, itidem scabini, et decuriones specialiter ad hoc, nomine senatus deputati, Testamentum subscripserint et sigilla sua apposuerint, quibus contrarium fuisse pronuntiatum, multi scriptores refferunt. —
6º) Itidem dubitatum fuit: si quis Testamentum privatum scripsit, illud obsigillaverit, & postea personas quasdam publicas judicii nomine ad se rogaverit, an necesse fuit ut illud Testamentum resigillaverit, & scabinis ostendere, & perlegi curaret, an vero si solum schedulam istam clausam & obsigillatam illis monstraret, dicendo: in ea contineri ultimam suam voluntatem, & peteret: ut in confirmationem voluerint esse testes. Plures referunt a scabinis Würtemburgensibus pronuntiatum fuisse, quod sufficiebat, si clausum & obsigillatum scabinis offerebatur Testamentum.
7º) Sic etiam, si quis domi testamentum confecerat, & sigillaverat, & postea illud coram judice insinuaverit, in loco judicii conservandum deposuit, absque testibus valebat tamquam coram actu publicis factum. Caeterum tum requirebatur ut testator ipse Testamentum ad acta praesentaverit, non sufficiebat ergo per litteras, seu per procuratorem id facere. — Omnes hae solennitates abesse poterant, si Testamentum tempore pestis fuerit conditum, quod tamen intelligendum est, de peste in immo[...] grassante, quando jam multis civibus diluassent urbem, aut cives dominio relicto in loca tuta [...]cesserint, aut praesentes periculum metuerint, ita, ut copiam plurium testium testator non potuit habere. —
Quoad tenorem testamentorum notandum nullam de bonis immobilibus valuisse dispositionem, at qua regula excipiebatur legatum ad pias causas, quia secundum jus saxonicum summa ratio est, quod pro religione facit. —

De Exhaeredatione

citati, sive non testamentum adscribatur, publicabatur, atque exacte inscribebatur.

[illegible — passage struck through]

De Exhaeredatione

Inquirere debemus, quibus sub conditionibus per testamentum, jus succedendi in facultatem defuncti adimebatur.

I° Secundum jus Polonicum exhaeredatio locum habuit:

a) si filius palam aut clam, parentibus suis, cujuscunque status insidias aut violentias intulerit, aut inferre voluerit; talis exhaeredari potuit legitime convictus—

b) qui fratrem, vel sororem, vel consanguineorum quemdam occidit,— De hac materia in doctrina de successione ab intestato fusius loquemur, cum nempe hi et similes personae etiam non exhaeredatae, jam lege a successione legitima excludebantur.

II° Statutum Lithuaniae continet 7 exhaereditationis causas:
Si filius vel filia parentem percusserit, vel ex ira traxerit, 2° si injuriam fecerit occupando bona eorundem, inscitu et consensu parentum. 3° si ex malitia et non propter utilitatem reipublicae, parentes criminis accusaverit, 4° si in judicio pro parentibus noluerit fidejubere, 5° si filia sua prostituerit, 6° si parentibus senio confectis vel annis gravatis alimenta et alias necessitates non praestiterit, sed eos deserverit, 7° si parentes ab hoste redimere ~~noluerit~~ neglexerit, licet bona paterna vel materna possideret et fructus atque proventus ex illis bonis perciperent.

III Correctura Prussia de exhaeredatione nil loquitur.

IV° Jus saxonicum causas exhaeredationis ex jure romano adoptavit; exhaeredatio itaque obtinebat:

a) si aliquis gravi injuria aut verberibus patrem suum affecerit, ejusve vitae vi aut veneno insidiatus fuerit,

b) si parentis famam graviter laeserit,

c) si eum ob rationem in carcerem detrusi non procuraverit.

d) si vero ipso fidejubere noluit, neque ipsius curam habuerit, cum

dum fuerit furiosus
e) Si parentem criminis quod n. est contra principem v rempublicam adcusaverit.
f) Si cum maleficis, incantatoribus aut histrionibus conversatus fuerit,
g) Si precibus, aut pretio ab hoste parentem non redemit,
h) Si damnum magnum in bonis parentum fecerit
i) Si in heresim lapsus contumaciter in ea perseveraverit,
k) Si cubile paternum vitiaverit. Ej Domine!
l) Si ipsum in condendo Testamento vi retinuerit,
m) Jus saxonicum duas causas adjunxit:
1o Si liberi parentis mortem n. vindicaverint ( )
2o Si Filius vivente adhuc patre bona ejus occupaverit
Una tamen deest causa quæ in jure Romano occurrebat, nempe: Si Exheredatio ob turpem vitam filiæ: quia ut legitur; si in hoc casu mulier perderet hæreditatem, daretur ei occasio, ob paupertatem majora patrandi facinora, exinde parentibus & amicis majus exoriretur opprobrium.

II Succeßio ab intestato

Succeßio ab intestato locum habuit: 1o Si testator testamentum n. condidit 2o Si testator testamentum invalidum reliquerat. Cum ab intestato consanguinei succedant, hinc de nonnullis consanguinitatis speciebus agamus oportet.

Consanguinitas, e. nexus personarum a stirpe communi descendentium. affinitas vero e. nexus, qui intercedit inter conjugem unum, & alterius conjugis proximos consanguineos. Consanguinei st v agnati v cognati, – Agnati vocantur consanguinei patris seu consanguinei ex procreatione; In constitutionibus polonicis vocari solebant: (krewni po mieczu) Ita e.g. pater meus, Filius Filia, frater, soror, patruus fra. id e. fratris mei filius. st mei agnati quia tantum medio marium mecum cohærent. – Cognati vero vocantur consanguinei matris, seu consanguinei ex parte (krewni po kądzieli) Ita mater mea, avia avunculus, matertera, st mei cognati quia in linea conjungente una foemina intercedit, Ut itaq dignosci queat, num quis alteri sanguine junctus sit agnatus v cognatus, respiciendum est an personæ quæstionis medio foeminæ cujusdam v medio maris cohæreant. Consanguinitas computatur secundum gradus & lineas. Gradus est remotio personarum a communi stirpe descendentium. Linea est series personarum a stirpe communi descendentium. Hæc est v recta in complectitur personas quarum una alteram genuit, v obliqua (collaterales) comprehendens personas

personas quasi una alteram ingenuit. Linea recta est ascendens si spe-
ctetur ordo a genitis ad eos genitores, & descendens, si a genitoribus
ad genitos proceditur. Linea collateralis est & aequalis & inaequalis prout
personae vel aequalibus, vel inaequalibus graduum numeris a stirpe com-
muni distant. De affinitate in genere dicere possumus, quod eodem gra-
du uni conjugi aliquis sit affinis, quo tanquam consanguineus cum
altero cohaeret.

Praemissis itaque hisce ~~[illegible]~~ potius generalibus, inquiramus ordinem suc-
cessionis ab intestato.

In Polonia de hac materia varias deprehendimus leges sane im-
perfectas: enimvero constitutiones regni de successione descenden-
tium fratrum & sororum nimis mancae sunt. Jam vero de succes-
sione ascendentium & aliorum collateralium plane silent ita quidem
ut hic correctura Prussiae subsidium praebere debeat, praeterea paucae
de hac materia constitutiones regni et consuetudines etiam extant;
oritur itaque quaestio: quinam praescripta sequi debeamus?

Proximis constitutionibus regni paucis, quae extant, inhaerendum esse
dubium non est. Antiquissima hac in re constitutio est Casim: Mag.
1347 deinde statutum Ladislai Jagello 1426. tandem statutum Sigis-
mundi 1510, & 1511 & plures aliae constitutiones uti de 1588. His
editis, anno 1598 in lucem prodiit correctura Prussiae, quae deficien-
te lege positiva ex consuetudine in subsidium fuit recepta, scili-
cet in materia de successione ab intestato. Tandem relate ad jus
hereditarium adest constitutio ~~[illegible]~~ 1768: titulus ejus est: Objas-
nienie konstytucyi de prole illegitima. Nonnulli eandem erro-
nee explicasse videntur, ac si scilicet hac lege ordo successionis
hactenus jure polono vigens sublatus, atque in favorem sexus
foeminini immutatus fuit; ast re accuratius examinata
id nequaquam eruitur, atque clare apparet, hic nonnisi de jure
successionis prolis quasi illegitimae agi, prout ipse titulus hu-
jus constitutionis prae se fert. Ergo hac constitutione de successio-
ne prolium illegitimarum nil immutatum, nisi jus succedendi
prolium ex uxore quae antea patris concubina erat, progenitarum
determinatur. Subsequente dein regnorum Galiciae & Lodomeriae re-
vindicatione emanavit resolutio aulica de die 31 ~~Septembris~~ 7bris 1789
statuens, correcturam Prussiae, in rebus successionis, hic terrarum
vigentem penitus tollendam, illiusque loco regulatum successionis
ab intestato ordinem, cujus intuitu stabiliendi necessaria jam

jam dispositi fuere, facultatem testandi, quoad capitalia tabularia, quae huiusmodi bonis terrestribus a testamenti factione exceptis, aequiparabantur extendendam esse. Nihilominus hac lege correctura Prusiae non pro praeterito, sed pro futuro, utpote quod tunc recte novus ordo successionis ab intestato edendus erat, abrogata esse censetur; hicce novus ordo successionis ab intestato constitutione de 11a Maji 1786 introductus est, cujus ipsa postea in codicem civilem galiciensem, & deniq in codicem civilem universalem fuerant recepta. — At lapsis dein 11 annis prodiit in lucem decretum aulicum 11 9bris 1796 cujus contextus, sensum constitutionis de 1786 & praecedentis Resolutionis aulicae de anno 1785 haud teligisse observatur:

Sunt autem decreto illius contenta:

1o quod Correctura Prusiae 1598 emanata, penitus sublata habeatur, vice versa —

2o quod constitutio de die 11 Maji 1786, in casibus mortis, qui usq ad 11 Maji 1786 obligerunt, cynosuram in successionibus praebeat; deniq —

3o quod in omnibus tam successionis quam & aliis judicialibus casibus, super quibus nec in novis legibus, neq in constitutionibus patriis quidpiam juris statutum est, usq ad introductionem novi codicis, jus civile romanum in subsidium applicandum sit — tandem lapsu similis temporis spatio publicatum est Decretum aulicum de die 28 7bris 807 sequentis tenoris: "Siquidem D. a. 1796 editum, Decreto Appellatorio de die 14 Xbris 1796 in galicia orientali promulgatum, in casibus successionis erroneis ansam praebuit explicationibus, hinc ad tales evitandas significatur: quodsi adhuc casus successionis darentur, qui ante introductum 1786 successionis ab intestato ordinem, enati essent, controversiae solummodo juxta leges usq vigentes, ac mentem patentalium de die 2a Xbris 1775 decidendae sint, & quod per D: Aulicum de 11 9bris 1796 in his nequidquam immutatur, nec legalis interpretatio, vel extensio constitutionis 1786 edita fuerit." Tali modo res ad ipsa superiora explicata redit, & pro norma habendum erit, quod ad 11 Maji 1786 editi novi ordinis successionis ab intestato praedictata constitutionis regni, consuetudines atq correctura Prusiae in subsidium recepta in casibus successionis ab intestato instar legum servandae sint.

Ordo successionis ab intestato in jure Polono sequens erat.

ordo successionis ab intestato in jure Polono sequens erat:

Iª Classis

(a) In hac succedunt descendentes juxta regulas sequentes:
(1ª Regula: In bona patris succedunt ejus legitimi filii in capita, vel ex his masculi descendentes (nepotes) in stirpes, quibus extantibus filiis nihil, nisi dotem, & titulo dotis quartam substantiae partem adquirant.) Relate ad praemissam regulam in constitutione Casimiri A: 1347 legitur: Si quis militum aut nobilium de hoc seculo migraverit, habens filios & filias, tunc filiae per fratres maritis traduntur, dote tamen iis more consueto assignata — & respectu dotis legitur: quod quum aliqua domicella maritatur, aut nuptui traditur, dos seu dotatio in pecunia parata sufficiat; quae in praesentia amicorum assignetur, bona vero hereditaria coram regia Majestate debeant assignari.
Ex constitutione 1347 Vol I fol 45 legitur: Statuimus etiam, quod postquam aliquis nostrorum nobilium, filiam suam viventi nuptui tradiderit, & dotem sibi assignaverit competentem, ipso tandem defuncto eadem [illegible] plura a fratribus repetere non potuit. Si vero patre mortuo filius & filiae remanserint, solutae, nec per patrem dotatae, pars contingens cuilibet sorori per fratrem nomine dotis pecunia exsolvebatur. Haec pars contingens in lege vario modo definiebatur, respectu habito ad numerum filiarum, & quantitatem & valorem bonorum relictorum, & ad conditiones defuncti; postea autem alia invaluit consuetudo —
Ita Załaszowski Tomo IIº dicit: quod si filiae dotem assignatam non habuerint, ex divisione in bonis paternis legitimam suam consequantur, quam praxis hujus regni 4am plerumque bonorum paternorum partem definivit. Fusius adhuc illas introductas consuetudines Ostrowski in opere suo Tomo I:) exponit verbis sequentibus: „Pater in assignatione dotis omnino liber fuit, et dos uni filiae a patre vivente assignata, pro norma esse debuit fratribus in dote assignanda, pro reliquis filiabus; tamen semper ratio habenda erat substantiae defuncti patris, ita ut filiae competentem sibi partem secundum praxin 4am totius facultatis paternae acquirant, nam usus invaluit, quod filia obvenientibus certis casibus melio rationem dotis petere potuit, quamvis erectione paulorum dotalium huic juri renuntiaverit;) hoc praecipue tunc obtinuit si parentes jam post exdotationem filiae per successionem & alio ex titulo bona

bona adquisiverint aut substantiam summis capitalibus admodum auxerant. In tali eam judicis factam renuntiationem ad priorem statum substantiae referrebant, atque filiae meliorationem concernentem adjudicabant.
In constitutione Regni 1588 Vol II fol 1212. Titulo; "o wyposażeniu siostr" dicitur: "Si pater filiabus suis non assignavit dotem, fratres earum ante lapsum annum post mortem patris sui, tenentur juxta consilium & judicium duorum consanguineorum proximorum, tam ex linea paterna quam ex materna; dotem constituere, & ejusmodi dotem constitutam, ad maximum post lapsum 1 anni ab elocatione in Matrimonium, extradere, aut partem bonorum pro dote assignare, et post mortem patris, domi honestam educationem dare. Si pars bonorum in dotem fuit assignata, haec dotatio tamquam onus reale bonis inhaerebat ita, ut ad omnes personas ~~tamen~~ ~~transierit~~." Patet id ex Constitutione de anno 1588 Vol II fol 1219 titulo o siostrach jure victorum in qua legitur: Sorores non receptae in matrimonium ~~elocata~~ elocatae, ex bonis iis, quae fratres ~~&~~ creditores perdiderunt, debent creditores juxta consuetudinem, et jus modo scriptum extradare competenter, nec illis debet dilatio concedi ad evictorem; sed tantum illis servare actionem cum evictore. Si autem aliquae non sint in Matrimonio elocatae, tunc lapso anno post contractum matrimonium tenentur illis dotem extradere, ita tamen ut provisio, antequam matrimonium ineant, ex parte ad illas pertinente, integraliter remaneat, quam provisionem omnes possessores dictorum bonorum solvere tenentur, provisa illis in iisdem bonis habitatione juxta conditionem illarum, quamvis licebit illis alibi habitare juxta judicium amicorum, salva provisione. –
Eliora fatis & regulis etiam correcturae Prussiae correspondet, regnantis tenoris, & ut quidem, bona tam mobilia quam immobilia, si filii inveniunt aequis partibus, filii tantum succedunt, masculis deficientibus filiae – Existentibus autem filiis, filiae dotem a parentibus, dum in vivis erant inscriptione vel exemplo alterius filiae assignatam habebunt, quae ~~non~~ nisi a parentibus assignata fuerit, per fratres & duos proximos ex parte patris & duos ~~&~~ ex parte matris duorum seu binorum ~~[illegible]~~ terrestres elector intra 1 annum & ~~6~~ 6 menses assignari & constitui debebit, et interim, quoad elocentur pro conditione sua honeste a fratribus educentur et exhibeantur. Quod si intra annum & 6 menses dos assignata filiabus non fuerit, portiones mas una cum fratribus, & quo jure tam in paternis quam in maternis bonis una habebunt: in hoc puncto differentia est inter correcturam Prussiae & jus Polonicum. Dote autem iis assignata, nullum ultra eam jus ibi

sibi hæreditarium, in bonis paternis et maternis aliorumve ascen-
dentium, sed etiam per aliquem ex fratribus steriliter decedentem, si
alii ex fratribus superstites sint, vindicare poterunt, licet si ~~[illegible]~~
nulla eo nomine renunciatio facta sit, nec ut das ratione descen-
dentium fratrum sibi augeatur a fratribus petere, sed illas sortes
fratrum steriliter descendentium, ad fratres solos aut fratrum
masculi sexus liberos, qui supervixerint, pleno jure devolventes.
Successionum autem haec erit ratio: primo per directam lineam
descendentes succedant, itaque si quis decederet filios aut filias, ex aliis
autem filiis et filiabus nepotes, neptesve aut etiam inferioris gra-
du descendentes reliquerit, et etiam nullos filios filiasve, sed tan-
tum nepotes neptesve, aut ulteriores, in bona avi aviaeque in stir-
pes succedant, tantum sed duntaxat uniuscujusque stirpis portem
acceptari, quantum ad parentes ipsorum si in vivis esset, solitam
pertineret, adeoque respectu dotis filiabus assignandae haec valuit consuetudo,
ut si quis filios simul et filias dereliquerit, nec filiabus dotem assignaverit,
sive una sive plures adfuerint, insimul quarta pars hereditatis pater-
nae cedat, reliquae vero 3 partes filio aut filiis cedant.
NB: In constitutione Casimiri Magni de anno 1347 Vol. I fol. 38 titulo
„O zarzeczonej pannie„ et in Constitutione Casimiri Magni ejusdem
anni Vol. I fol. 45 titulo „O córce„ dicitur: Fratribus consanguin-
neis et uterinis paternalibus, imo et quibusvis agnatis proximioribus
facultatem bona a parentibus in filias devoluta (: etiam maternas)
eximere, (: id est retractus ius competebat :) —
Sed subsequenti statutum Ladislai Jagellonis de anno 1420 Vol. I fol. 74
sororibus dotem integram in bonis immobilibus assecuravit, ita
quidem, ut ejusmodi bona in extantibus fratribus remanentis, inter
se dividere possent. Cur autem filiae a successione paterna extanti-
bus fratribus, aut fratrum filiis excludantur, rationem Lipski et
Ostrowski reddunt: ut conservetur familiarum dignitas. —
Casimirus M. bona immobilia sexui masculino attribuit, ne defen-
sio reipublicae minuatur. Sed dicta de exclusione filiarum per
fratres obtinebant solummodo inter personas equestris ordinis, secus
inter personas juri civili et Magdeburgensi subjectas, quia tales per-
sonae sive filii, sive filiae, aequali jure in bona paterna et materna
succedunt dotemque et donationem ante nuptias, siquam ex bonis pa-
ternis acceperint, in bonorum collatione, computare solent. —
IIda Regula: Deficientibus filiis et ex his nepotibus omnes possessiones
paternae cedunt filiabus (: Vi constitut. Casimiri M. de 1347.) „Si autem
filios

Filios non habuerit sed filias, tunc filiabus omnes possessiones paternae ce-
dunt, et licet, si vi ejusdem constitutionis, jus retractus locum habuerit
ita, ut fratres defuncti, & alii quoque proximiores agnati jure gaudebant
filias ex possessione bonorum immobilium expellendi, persoluta ipsis tan-
tum detaxatione in pecunia parata; si nisi hoc jus retractus per prescrip-
tionem fuerit extinctum — nihilominus tamen haec legalis dispositio
per statutum Vladislai Jagellonis de a: 1420 Vol I fol 74 immutata est.
Statutum hoc ita habet: Ut viam dubiis praecludamus — interdum con-
tingit, filias post obitum patris, carentes fratribus germanis, in bonis
haereditariis remanere, quas solent patrui, vel avunculi proximiores nomi-
ne tutoris observare tunc in finem: quod ipsas quibuscunque conditionibus
sive pactis de haereditatibus excludant, volentes eis pecunias, cum ma-
ritentur assignare; — iisdem igitur de nostra clementia providere
cupientes statuimus deinceps, quod si mariti earum pariter pecuniis a pa-
tre, vel avunculis vel tutore receptis, ex pacto de non receptione bonorum
ipsas concernentium adstrinxerint, qualitercunque si tale pactum in-
tervenerit; aut aliquis fuerit adstrictus, illud decernimus irritum
fore, et inane; ut praelatae filiae redeant ad earum haereditarias pos-
sessiones, non obstantibus pactis aut cautionibus quibuscunque, sed ipsae
praefatae filiae bona sua haereditaria si ipsis placet, vendendi, ut antea,
habeant facultatem & omnimodo potestatem. „ Caeterum, quod filiis, aut
ex his nepotibus non extantibus bona paterna filiabus cedere debeant,
etiam correctura Prussiae in textu supra citato, immo ultro conti-
nuato recipit, in quo legitur, quod si fratres omnes steriliter decedant,
sorores, earumque liberi in stirpes in bonis succedant. —
Regula: In bonis maternis succedunt filii & filiae eorumve liberi
aequali jure, nisi juri renunciaverint, uti fieri solebat. Fundatur
est in statuto Vladislai Jagellonis 1420 Vol I fol 74. —
Hoc loco sequentia sunt notanda:
per Constitutio Casim: M. 1347 Vol I fol 32, vi cujus post mortem ma-
tris si adhuc vivebat pater, non statim substantia materna filiis
aut filiabus extradebatur. —
Statutum hoc sequentia continet: Ex usu communi in regno nostro, hoc
extitit observatum, quod moriente matre, pueri omnium bonorum
a patre ipsorum tollunt medietatem pro portione & haereditate ma-
terna, propter quod saepe contingit, filios in teneris annis existentes,
rebusque suis consulere non valentes, sic receptam haereditatem inutili-
ter consumere expendere & dissipare consuevisse; patri denique im-
pietate, et maleficiis ingratitudinem exhibentes, impellunt etiam
plerumque eundem ad inopiam vergere, sicque vicissim sentiunt incom-
moda, & jacturas; — quare aequum visum extitit nobis, ut matre moriente

moriente, filii non petant bonorum hereditatis maternae devolutae portionem et successionem, a patre, donec ad secundas nuptias convolaverit, nisi tunc, velut fama sua prodigus bona, & hereditates illas communes inde bite dissiparet. —
Constitutio Vladislai Jagellonis 1420 Vol I fol 73. In quadam constitutione nostri praedecessoris, decretum extitit: videlicet in capitulo ex communi usu etc: etc: quod moriente matre, puerorum patre cum alia matrimonium contrahere volente; pueri a patre petere valeant portionem maternam, et ideo considerantes in eadem Constitutione, quod propter ingratitudinem patri factam per filios, — et depressionem status sui, quam a filiis nonnunquam, in tota patris bonorum receptione & privatione patiebatur, & jam ~~patris bonorum receptione et privatione~~ toties filii ad inopiam vergentes ad patrem convolabant, & recurrebant, qui superiora adversitati, iisdem subcurrere non curabat, nec valebat, unde inter utramque partem rancor & displicentia oriebatur, quibus incommodis obviare cupientes ex nunc statuimus: quod pater habens filios, dum post mortem eorum genitricis ad secundas nuptias convolaverit, non tenebitur, nisi forte velit sponte, relictis filiis suis portionem hereditariam assignare, sed usque ad mortem suam in bonis hereditariis quibuscunque dominari, & manere valebit, et poterit, assignata duntaxat relictis suis filiis portione, quam post matrem ipsorum ratione dotis & nuptiarum tulit & percepit. —
(IV) Regula: Extantibus liberis ex diverso connubio, vel natis, diverso parenti proprio solum succedant. — Statutum Vlad: Jagell: 1420 Vol I. fol 74, declarantes statuimus, quod si contingerit patrem cum secunda uxore filios non habere, sed filias, & cum prima habuerit, ex tunc patre mortuo puerorum praedictorum pars aliqua secundae uxoris filias non contingat, sed filiae seu filios primae uxoris superstites sorores suas secundum consuetudinem terrae maritabunt, assignata ipsis in pecuniis dote competente, bonis maternis duntaxat exceptis, si ipsae praedictae sorores habuerint, quae pro ipsis debent remanere. Cum vero pueri primae uxoris portionem suam aequalem a patre eis sponte ex divisione perpetua, oblata obtinuerint, tunc portio secundae uxoris, filiis aut filiabus ejusdem cedere debebit integraliter. — Similiter & Correitor Prussiae idem enuntiat his verbis: succedere autem quisque debet in ea tantum bona quae ab eo proficiscuntur, per quem cognatione defuncto jungitur, ut paterni propinqui, in bona paterna succedant, materni vero in dotem vel bona materna. Itaque si quis ex una tantum uxore liberos, aut ab iis descendentes habuerit, in utraque bona tam paterna, quam materna, eo quod supra sancitum est, inter

inter mares et foeminas observato discrimine succedunt. Si ex pluribus uxoribus in paterna quidem bona conjunctim itidem succedunt in materna separatim uniuscujusque matris. —
Quoad successionem prolis illegitimae ab intestato jam supra vidimus, quod proles illegitimae ab omnibus praerogativis Nobilium atque jure succedendi fuerunt exclusae, et quidem tam secundum jus saxonicum, quam secundum constitutionem 1578, et 1623. Serius emanavit constitutio 1678, quae autem nequaquam alium successionis ordinem introduxit, ast solummodo referens sese ad Alexandri Statutum 1501 statuebat quod proles ab uxore quae antea fuerat patris concubina in legitimo connubio progenitae, tamquam legitimae considerantur, atque ideo successionis in bona parentum participes sunt. Respectu habito denique ad successionem descendentium, quod in pluribus plebiscitis civitatum regni Poloniae de successione nepotum et neptum sancitum fuerat. —
Maximi pro nobis momenti est, plebiscitum Leopoliense: quod nepotes in loco parentum suorum non expeditorum utriusque sexus, jure repraesentativo post eorum mortem aequam sortem ex omnibus bonis mobilibus et immobilibus haereditariis, cum patruis et materteris accipiant, idque in hunc modum, quod omnes, quicunque ad successionem ejusmodi de jure pertinebant, debent comportare pro interesse suo universa bona, quaecunque a parentibus suis acceperunt, et parentes quovismodo in usus illorum venderint, quibus comportatis factaque prius divisione mobilium, dein taxa immobilium per juratos cives, quos consulatus ex officio suo designaverit, fieri debet — ex qua detaxatione bonorum immobilium, quae ex divisione nepotibus proveniret, per proximos haeredes pecunia, aut mobilibus solvi et redimi debet, atque ita universa bona immobilia seu stantia ipsi filii aut filiae uno gradu proximiores (†) haereditarie obtinebunt; et in iis haereditabunt perpetuo, et in dictum hoc plebiscitum Sigismundus Augustus dedit et approbavit: Simile plebiscitum in Cracovia vigebat, nisi quod nepotes non fuerunt obligati pecunia se contentare, sed sortem parentum suorum jure repraesentationis in bonis quoque immobilibus sibi vindicare potuerant. —

(†) hic non nepotes, quos hic opponuntur filiis, id est nepotibus

IIa Classis

Haec est illa collateralium:
Descendentibus nullis extantibus in prima classe, non parentes etiamsi viverent, et forsitan filiis bona in filialis datem tradiderint, sed fratres et sorores eorumve, liberi, et inferiores succedunt, quamobrem ejusmodi successio tamquam contra ordinem naturae, luctuosa haereditas seu tristis vocabatur, sic teste Załaszowski, quotidiana praxis et

et consuetudo eduxit: Haec successio sequentes habuit Regulas;

Ima Regula. Si defunctus frater dereliquerit solos fratres, aut sorores solas aut ex his liberos, tum fratres & sorores in capita, eorum descendentes in stirpes succedunt, in universam defuncti substantiam.

IIa Regula. Si frater defunctus dereliquerit fratres & sorores simul, vel eorum descendentes, fratres in 3 partes substantiae paternae et acquisitae, sorores, vel soror in quartam succedunt partem. Jam vero ad substantiam maternam quae post defunctum remansit fratres sororesque aequali jure concurrunt.

"tres partes substantiae paternae & acquisitae" etenim in Correctura Prussica profecticiorum seu quaesitorum bonorum defuncti eadem semper conditio est quae paternorum. —

IIIa Regula. Sorori demortuae fratres & sorores jure aequali succedunt cum caeteris suis. —

IVa Regula. Si defunctus consanguineum fratrem sororemve, similiter ab iis descendentes dereliquerit, hi in paternis defuncti bona tantum succedunt, in maternis vero materni propinqui defuncto quamvis remotiores.

Va. Si uterinus frater sororve, aut ab iis descendentes extiterint, materna tantum defuncti bona capient, ad paterna autem paterni propinqui admittuntur, etiamsi remotiori gradu conjuncti erant cum illis.

Correctura Prussica successionem post fratrem solis fratribus — & vice versa dotem post sororem relictam solis sororibus attribuit, unde Regula erat in correctura Prussica „frater fratri & soror sorori moritur". Et quoniam quoad successionem fratrum sororumve expressa lex regni non datur, et Correctura Prussica in subsidium fuerat recepta; hinc videtur quod etiam in regno Poloniae juxta praemissum axioma Correcturae Prussicae fratres sororesve succedere debeant. — Nihilominus tamen consuetudo contraria innumeris rebus judicatis praejudicatis firmata hocce axioma sustulit, illudve itaque in Provincia Prussica ubi Correctura Prussica principaliter obligabat, vim habebat. —

III Classis:
Haec est illa ascendentium

Si nec per directam lineam — neque a fratribus & sororibus descendentes extiterint, proximi successores ascendentes per lineam directam sunto, in qua linea hi gradus erunt: pater, mater, avus, avia, proavus, proavia, abavus abavia caeterive omnes, qui in jure nomen parentum obtinent.

IV Classis

Est illa remotiorum collateralium: Haec sub respectu Correcturae Prussicae sequentia continet: Nemo descendentibus per lineam directam vel a fratribus sororibusve — neque ascendentibus per lineam directam ultra existentibus, quarto loco caeteri consanguinei agnati vel cognati, ut: patrui avunculi, propatrui, proavunculi & similes ab iis descendentes, eo, quo pater & avus ipsorum, si in vivis erant jure succederent: id est: in stirpes

in stirpes. Succedere autem quis debet in ea tantum bona et ... czytaj
w tym ... rzeczy

Wiodłem życie zawsze smutny,
Głos nadziei tylko mi je słodził
Dziś gdy zapomniał los okrutny
Wszystko mi zniszczył wszystko ugodził.

[illegible] X

Auf dieser Welt —
Was ist die Ehr
Ein Hauch und Weh —
Der Becher wird mit Gall
Vermischt mit mancher Weh
Auf dieser Welt

Ad Poloniae anteaitum

Zeszyt dziesiąty

[illegible]

Morgenroth! ach du röthest —
Ein Rosen-Altar! —
Auch du o Abendroth umflötest
Ihren langen Schlummer uns!! —

Astra

18 18/9 76

18 14/1 41

1876
1841
35 lat

Non ita di tristes et ut credere possim
Tam puerum te jam non meminisse mei —

Gdy więc nigdy wiemian nie odzyskę
Szczęścia wonią — co raz zbiegło skrycie —
Czemuż też nadzieją niewą kołyszę —
Ach pocóż młodzi gorzkie życie ?!! —

Non ita di tristes et ut credere possim
Tam puerum te jam non meminisse mei —

Qua mihi de rapta tua venit epistola — —
Protinus eis lacrymis humida facta meis —

id est in stirpes. Succedere autem quisque debet in ea tantum bona, quae ab eo proficiscuntur, per quem cognatione defuncto conjungitur; hinc paterni propinqui in bona paterna, materni vero in dotem tantum et bona materna.

De successione conjugum.

De hac leges polonae sequentia statuunt:

1° Maritus uxori non succedat excepto eo, quod contractu nuptiali expresse stipulatum erit.

2°) Uxor autem defuncti mariti jure advitalitio carens usumfructum quartae partis bonorum relictorum percipit, donec ad secundas nuptias transiverit. Doctrina de successione conjugum arctissime cohaeret cum illa de pactis nuptialibus, hinc ulteriorem expositionem hujus successionis in hac doctrina prosequemur.

De successione Fisci seu jure caducitatis

Hoc jus caducitatis, in bona tam nobilium quam civium in Polonia antiqua tunc locum habebat, si nulli consanguinei ex una alterave linea materna, sive paterna usque ad 8vum gradum inclusive extabant. Si vero aliquis in villa vel oppido alicujus nobilis, sive spiritualis, sive laicalis domini terrestris, sine haeredibus decessit, tunc bona ejus jure caducitatis ad dominium terrestre pertinebat. Constitutio Stephani 1576 reassumata per Sigismundum III 1588. – porro Constitutio 1562 & 1565.–

Prioribus temporibus tales haereditates caducae liberae regiae dispositioni reservatae fuerant, quod temporibus posterioribus, eo fuerat immutatum, ut rex obligaretur bona haec caduca, medio privilegii et instrumenti donationis tertio cuidam conferre. (Const 1778 Vol VIII fol 955 titulo caducis:) Haereditates tales si fuerint nobilium, prius tantum Nobilibus, si vero civium tam nobilibus quam civibus indigenis, non vero extraneis concedi valebant. C: 1588 Vol II fol ~~888 titul. i warunek~~ 1207 et Const 1607 Vol II fol 1598:) Ast modo per constitutionem 1726 Vol VI fol 488 titul "warunek". omnia bona caduca nobilitati reservabantur. – Notandum tamen: 1°) quod ex bonis jure caduco juste devolutis ante omnia debita inducta persolvi debuerant (secundum Const 1588:) 2°) quod bona existente adhuc aliquo sive cognato sive agnato infra 8vum gradum, jure quasi caduco ad fiscum devolvebantur, quod tunc legitimo successori liberum erat, deducto (probato) jure suo haereditario, pro ablatione juris caducitatis & refusione damni in judicium terrestre agere. Resolutio Consilii permanentis de die 5a Martii 1779 ad 80 – Specialis occasio exercendi jus caducitatis in sequentibus subintrabat casibus: Si quamvis Con-

Si quamvis Consanguinei infra 8vum gradum adfuerint aliquis se ipsum occiderit vel ob tadium vitæ vel ob impatientiam doloris, pudorem æris alieni, rabiem, furorem, sed ob metum futuræ sententiæ vel patrati criminis aut ex desperatione nulla alia existente causa, totum bona ejus omnia fisco aut qui caducitatem impetravit adjudicabantur.

De successione Cleri ab intestato

1mo quoad Clerum secularem:

Clericus sæcularis voto paupertatis haud obstrictus, ad quamvis successionem pleno jure admittitur: quod si vero ille ab intestato, totum hæreditas ejus id est immobilia ejus, ad successores ejus devolvitur. Ex mobilibus autem & summis pecuniariis, quarta pars, deductis solum pro rata salarius hujus servorum, & expensis funeralibus, aut defectibus in inventario ecclesiæ causatis (: si nempe aliquid deerat e rebus ad Ecclesias spectantibus, quæ tempore installationis clerici in inventario conscripta, (ad Legem spectantes) erant :) Proinde sancitum fuit, quod ecclesiastici Decani, atque loci ordinarii (: Parochi :) de tali morte eam subsequente statim propinquis notitiam dare debeant, si vero ibi erant absentes, tunc prædictæ authoritates debebant in præsentia Patroni ecclesiæ & illo quoque absente adhibitis duobus viris fide dignis inventarium conficere, atque de mobilibus relictis præfato modo disponere (Const. 1768 Vol 7 fol 889) —

2do) quoad Clerum regularem

(Ad religiosum statum transeuntes bona terrestria personis nobilibus tradere obligabantur (Const. Vlad IV 1635 Vol 3 fol 855)
Religiosi post professionem nihil hæreditare possunt, ante professionem tantum decimam partem jure successionis ad eos spectantem conventui, aut cuidam tertio, renuntiando reliqua hæreditati legare & inscribere possunt, — (Const 1764 Vol 7 fol 68 & 889) — Si vero partem decimam jure hæreditario ad eos spectantem nemini inscribebant, jus habent prætendendi proportionis decimæ partis æquivalentis. Ex abbatum claustralium & religiosorum sæcularisatorum, aut nomine proprio, non conventus eius, parochiam administrantium, bonis, etiam tres partes mobilium ad successores, quarta ad conventum vel monasterium pertinet. (Const. 1768 Vol 7 fol 889 et resolutio consilii permanentis dto 4a Martii 1777 adstum 71) Id quod etiam ad equites Melitenses jure est. Resol. Consilii permanent. 12 Januarii 1781 adstum 46. —

3o) Quoad Moniales

Moniales (bona) quidem paterna & materna hæreditare nequeunt, at ex parte eadem concernente, medietatem censuum pecuniariorum ad dies vitæ a consanguineis accipiunt. Ita Sigismundus rex anno 1527 Vol I fol 478 statuit: quod Moniales iam ordinem regularem professæ, et

A succ. ex clero exclu.:
1). Illegitimi
2) Qui jura nobilitatis amisere. 3) Interfectores avi ipsius. 4) Qui nobilis nubens civi vel rustico
5) Virgo in raptum consentiens.

et in coenobiis ac claustris manentes, succedere quidem possint, ad bona paterna, et materna, quae ad eas legitime fuerunt devoluta, alienare autem, illis consanguineis et propinquis aut in alienas personas quovis modo transferre, nullo modo valeant, sed quamprimum, ad eas aut earum aliquam, ea bona ipsa devoluta fuerint, jure legitimae successionis ac devolutionis proximi consanguinei seu agnati earum, illa tenere, eorumque possessionem adire debebunt, et ex iis medietatem omnium censuum et proventuum pecuniariorum, illis, et cuilibet illarum solvere erunt adstricti, vita illarum durante. Reliquam vero medietatem proventuum pecuniariorum, simul cum fructibus omnibus, e bonis illis provenientium pro se retinebunt, ex illis onera reipublicae, regni et bellicas expeditiones sustinebunt. Quodsi bona ad Moniales ipsas devoluta, nulla proventus pecuniarios habuerint, essent tamen in illis praedia piscinae seu molendina prata et sylvae caeduae aut mellificia, et agri qui locari possint aut alia in genere utilitatis, quocunque nomine censeantur — in eo casu Episcopus et ordinarius loci, seu in spiritualibus Vicarius, cum Capitaneo terrae, seu districtus illius, in quo bona ejusmodi consistunt, diligentes, quantum ex ejusmodi bonis provenire possit in anno, illasque obventiones seu utilitates, quae ex illis singulis annis provenire possunt diligenter taxabunt, et aestimabunt, et ad quamcunque summam illa taxaverint, consanguinei praedictarum Monialium, qui bona ejusmodi tenebunt, solvere illis et cuilibet earum, respective medietatem ejusdem summae quotannis absque omni contradictione tenebuntur, et si iidem consanguinei in solvendo negligentes fuerint, et non nisi litteris monitionis Episcopi seu loci ordinarii aut in spiritualibus Vicarii aut officiatus illius, satisfacere temere noluerint, extunc libertatem et facultatem habebant Moniales praedicta bona sua, hujusmodi alteri cuipiam consanguineo, aut extero locandi, seu arrendandi pro arbitrio suo, ad vitam suam. Post mortem vero illarum eadem ipsa bona ad proximiores illarum consanguineos rursus devolventur, et devolvi debebunt. Haec legis dispositio p. Constitut. 1635 Vol. 3 fol. 855 etiam ad religiosos extensa fuit.

Successio ab intestato, juxta statutum Litthwanicum

1a Classis

Secundum Cap. III art. 16 et cap. V art. 3 et 14, soli filii nefors existentes exclusis filiabus in bona paterna succedebant. Filiae sola dote se contentare debebant. Si pater vivens aliquam filiam elocavit, tunc ista nec ab ipso vivente nec post mortem ejus amplius quidquam appetere potuit; atque in Litthwania in valebat usus, quod filiae melioratio nem dotis

Jakimowicz tako bezsumnie w nasypianie nie podatki i interes

dotis petere potuissent. —

Quod alias filias a patre relictas, & nondum exdotatas attinet, illae a fratribus suis elocari debebant, & quidem juxta aestimationem vel testamentum patris ex pecunia relicta. Si autem summa descripta vel assignata in parata pecunia non extabat, tunc filius superstes taxam omnium bonorum paternorum facere tenebatur, & quartam partem hujus detaxationis excindere. Ex hac quarta parte omnibus suis sororibus aequalem assignavit dotem cum illa, quam prima soror vivente adhuc patre acceperat, & cum tali dote omnes filiae sese contentare debebant, quamvis ea forsitan quartam eorum partem non attingit. Si autem nulla adhuc filia a patre fuerat exdotata, tunc quartam omnium paternorum bonorum fratres suis sororibus assignare in dotationem debebant. Detaxatio fundorum & proventuum in tali casu partibus inter se non consentientibus per subcamerarium cum duobus nobilibus fiebat. Quodsi autem fratres obligationibus suis non steterint, sed sorores suas non exdotando bona paterna quocunque modo dissipaverint aut oneraverint, tunc nihilominus filiae ex bonis alienatis aut oneratis dotem sibi competentem petere potuerant, non attento jure creditorum suo in illa bona acquisito. Si autem quidam nullis extantibus filiis solummodo filias reliquerat, istae tamen in bona paterna non succedebant, sicut in Polonia; sed haereditas ad proximiores agnatos devolvebatur. In bona materna, sive fuerint mobilia, sive immobilia filii & filiae aequali jure succedebant. Idcirco illa summa, quas filiae ex bonis maternis haereditabant, in determinanda dote competente nunquam conferrebantur.

Quod hic bona materna attinet sequentia sunt notanda: quod pater post mortem uxoris suae, si liberi erant adhuc minorennes, eadem in dispositione sua retinebat, donec filii vel filiae ad annos discretionis pervenerint. — De liberis illegitimis sensu proprio statutum Lithuaniae nihil disponit.) Bene vero aliquid enuntiat de illis prolibus quae ex matrimonio propter impedimentum consanguinitatis vel affinitatis, invalido, procreatae fuerant. Si aliquis contraxit matrimonium cum consanguinea intra 4tum consanguinitatis gradum inclusive, aut cum uxore fratrum suorum germanorum aut patruelium, aut cum uxore patruorum, aut avunculorum in 3o gradu inclusive, liberi ex tali matrimonio procreati, post mortem illorum, in bonis eorundem non debent, nec possunt succedere, sed talia bona ad proximiores consanguineos devolvebantur. Si tamen dictae personae consanguinitatis vel affinitatis modo, quo supra junctae allegaverint ignorantiam consanguinitatis vel affinitatis, tunc comprobata hac ignorantia allegata per juramentum, bona & haereditates penes eos manebant, et liberi ex tali matrimonio procreati, pro legitimis habebantur, & post mortem ejusmodi parentum, a successione non removebantur. —

II Classis -

II Classis

Post descendentes fratres & sorores hereditabant in Lithuania. — In Capite 3. arti 17 sancitum: quod si plures fuerint fratres & sorores germanae elocatae v. non elocatae in Matrimonium, & si ejusmodi fratres bona paterna inter se diviserint v non diviserint, et aliquis fratrum eorundem fuisset demortuus n. relicta prole, tunc in parte ejus paterna succedebant fratres ejus v eorum proles, sorores vero dotem ex quarta parte bonorum paternorum quovis modo acquisitorum habebant, si nempe alicui sorori post mortem patris in Matrimonium elocatae non fuisset dos extradita. Si autem talis frater reliquit bona materna, id est ex facultate matris quondam in ipsum devoluta, tunc in ejusmodi bona fratres & sorores aequali jure succedebant. Si autem frater demoritur, nulla prole, atque itidem nullis fratribus sed tantum sororibus relictis, tunc in ejusmodi fratris defuncti bonis tam paternis quam maternis, sorores, illarumque proles ad successionem vocabantur. —

III Classis

Post mortem filii v filiae, non extantibus ejus descendentibus nec fratribus aut sororibus germanis parentes ad ejusmodi successionem vocabantur. Cap 7 art. 6 unice de facultate acquisita loquitur, sed ejus dispositio ~~etiam~~ per analogiam etiam ad illam facultatem extendebatur, quam defuncta proles a suo patre acceperat. —

IVa Classis:

Post ascendentes autem reliqui proximiores consanguinei, ad hereditatem defuncti, jus successionis praetendere potuerunt, & quidem in tali modo, ut bona paterna ad consanguineos ex linea paterna /: seu ad agnatos :/ bona autem materna, ad cohaerentes in linea materna /: seu cognatos :/ fuerint devoluta. —

De successione conjugum secundum Statutum Lithuanicum in doctrina de pactis nuptialibus agemus — De successione Cleri Statutum Lithu: nil speciale continet. —

Quod attinet jus Fisci seu caducitatis, illud etiam in Lithuania vigebat, atque iisdem etiam ut in Polonia definiebatur principiis & quidem hoc sub respectu Const. de anno 1598 Vol 2. fol 145 sequentia habet: quod si aliquis bona quasi jure caduco ad fiscum devoluta impetrando, post curiam regalem citatus fuerit, talis causa judicabatur, absque ulla procrastinatione, ne nobiles ad curiam regalem absque necessitate vocarentur, & si jus & justitia illius qui citatus erat, deducta fuerit esse justa, tunc actor tenebatur pro injusta citatione nobilis respectu proprietatis ejus solvere citato ducentas sexagenas lithuanicas respectu poenae & omnes expensas litis, quas

quas citatus juramento comprobavit, stalim in instan,
-ti judicio eodem solvenda decernebatur. Quodsi actor in persolutis poe,
nis dictis et litis expensis aufugerat; in tali casu, si erat possessiona,
tus executio in bonis illius immobilibus decernebatur, si erat impossessio-
natus tunc in persona illius & in bonis mobilibus concedebatur. —

De Successione secundum jus Magdeburgense & Culmense

Jus saxonicum sese quam maxime principiis Juris Romani & cano,
nici conformavit, & in fundamento haud differt a successione polonica.
Jus saxonicum sequentia statuebat:

I° Liberi utriusque sexus ex legitimo Matrimonio procreati, parentibus
suis, in bonis eorum tam mobilibus quam immobilibus, aequali jure suc,
cedebant exclusis ascendentibus & collateralibus, sive fuerint nati sive
nasciluri, in patria potestate existentes vel emancipati, cle[rici] qua[m]
seculares, nec non Monachi ac religiosi. —

II° Ex filio vel filia praemortua nepotes existentes jure repraesentationis
succedunt, avo cum filiis ejus id est patrui vel iis lis[?] tiis h. e.
tantam partem haereditatis consequuntur, quantam parens ipsorum
accepisset, si supervixisset. Hoc non solummodo de nepotibus, sed in genere
de omnibus ulteriori gradu descendentibus valebat; idem obtinebat si
soli nepotes concurrunt; secundum praejudicata scabinorum Magde,
burgiensium. Quoad successionem descendentium generale valebat
principium, quod dotem & donationem ante nuptias, si quam ex bonis
parentum acceperant, in collatione bonorum computare debeant, emanci-
pati, cum non emancipatis in collationem non admittebantur, nisi
prius juramento comprobarint, quantitatem bonorum quibus cum emanci,
pati fuere, exceptis utensilibus & rebus expeditoreis. Quoad
proles illegitimas nata est dispositio [illegible]. Si vicujus proles illegitima
privilegiis juribus & libertatibus legitimarum nullo modo gaudebat.
Imo proles illegitima secundum articulum 28 ne matri quidem suc,
cedebat. Illegitimis aequiparati sunt liberi ex Matrimonio illicito
procreati. Uxorem alicujus manifeste adulterans vel solutam
& liberam violans, si postea matrimonium cum ea contraxe,
rit proles ex ea procreata, nunquam legitima procreabitur. —

III° Pater & mater a successione filii demortui, fratres indistincte
ex uno vel utroque latere conjunctos excludebant (Liber I art 7). Fi,
liis succedit pater solus exclusa matre, patre non extante mater suc,
cedebat. — Filio pater & mater aequali jure succedebant. —

De ulteriorum ascendentium successione disceptant historici, &
quidem

& quidem: α) An fratres etiam deficientibus patre & matre, p̄avum &
aviam a successione removeantur? β) an avus paternus, v maternus
n̄ habito respectu originis bonor. aequaliter in ea succedant? — Ex jure
Culmensi fratres parentibus praeferebantur.

IV.o quoad collaterales libro II art: 20 disponitur: quod fratres & sorores
succedant defuncto fratri v sorori** utrimq conjunctis; tamen si soror
nupta in bonis utensilibus (: cřnrůtky) soror superstes fratri praefer-
tur, & itidem demortuo fratre in rebus expeditoreis (: hrnkovity) soro-
res n̄ succedebant sed soli fratres (lib I art 27) — Filii fratris praemor-
tui p̄ fratres defuncti a successione excludebantur (lib I art 38 & 17) quo-
niam jus. repraesentationis in solis tantum descendentibus n̄ autem
in collateralibus locum habuit. Ex hoc p̄pio etiam profluit, q̄d si filius
fratris praemortui, cum avunculo defuncti, v alio in eodem gradu exsto-
rente concurrit, itidem q̄ unus alterum non excludit, sed omnes aequa-
liter ad hereditatem vocantur. —

V.o Fratres & sorores utrimq conjuncti fratris & sororis acquirebant
relictam hereditatem exclusis fratribus & sororibus ex uno tantum
latere, sive paterno sive materno connexis. — Tamen soror utrinq
conjuncta, n̄ excludit sororem uterinam a successione in bona uten-
silia (seu růčky: garnki, ucynáty; ktd.) & simili modo frater utrinq
conjunctus n̄ excludit fratrem consanguineum a successione in bo-
na expeditoria (: miecze, strzelby wojenné zbroje:) quia jus. repraesen-
tationis in collateralibus locum n̄ habuit, proinde fratrum utrinq
conjunctorum filii, cum fratribus ex uno tantum latere conjunctis,
tamquam in eodem gradu consanguinei aequali jure succedebant, &
quidem n̄ in stirpes sed in capita. In bona utensilia vero soror
uterina excludebat filiam sororis utrimq conjunctae & in zbroj
wojennéj frater consanguineus excludebat filium fratris utrinq
conjuncti. —

VI Si nulli extabant fratres utrimq conjuncti nec eorum liberi, sed
soli fratres ex uno tantum latere conjuncti, tunc hi fratres
aequaliter succedebant defuncto, sine distinctione bonorum, an fue-
rint paterna v materna, nam fratres uterini, sicut consangui-
nei tamquam in eodem gradu coherentes considerabantur. Liberi
fratrum praemortuorum ex uno latere conjunctorum, cum reliqui-
bus fratribus defuncti, etiam ex uno latere conjunctis n̄ concur-
rebant, sed ab iis excludebantur. —

VII Si neq frater neq soror aderant, tunc omnes qui in pari cogna-
tionis gradu existunt, ad successionem admittuntur. Successio fisci,
seu jus caducitatis de jure saxonico tunc locum habuit, si nulli

si nulli usq. ad 4tum gradum extabant consanguinei, tamen fiscus intra 31 annos & 1 diem hos bona adire debuit, secus possessor eorundem contra fiscum praescribebat.—

De substantiarum resolutione

Cum haec resolutio in pluribus successionis casibus, per universam Poloniam, non solum ex jure correcto nobilitatis Prussiae verum etiam in statuto Lithuanico cap 3 art: 17, observata fuerit, hinc de materia & modo hujus resolutionis pauca dicenda sunt:— Circa quamvis exdivisionem substantiae, sive eadem transactive, sive per arbitrum, sive a judice peragebatur principale hujus objectum erat:

1o. Comportatio juratoria omnium documentorum statum activum et passivum substantiae exdividendae demonstrantium. Haeredes nempe tam paterni, quam materni, omnia documenta comportare & jurejurando confirmare debebant, quod nullum horum documentorum retineant; ex hisce documentis cognoscebatur origo & natura substantiae; tunc segregabatur id, quod erat maternum, reliquum vero pro paterno reputabatur. Tamquam materna substantia id solummodo considerabatur, quod defunctus titulo universali post mortem matris obtinuerat; si per donationem inter vivos, aut per alium quemdam contractum titulo singulari filius a matre quidquam acquisiverit, tunc hujusmodi facultas non amplius pro materna, sed pro quaesita, adeoque per id ipsum pro paterna reputari volebat— quamvis vero substantia ab aliena familia in alteram devoluta, duplici haereditaria transmissione jam transformabatur & naturam suam amittit: E: g: Paulus Wadowski post mortem suam [to Waiś przyrzecz łatka ?] ex domo seu familia Ostrowskiana, haereditavit aliqua bona— si ille Paulus W: steriliter obiit; tunc praefata bona redibant ad familiam Ostrowskianam, si vero Paulus W: haec bona filio v filiae suae transmiserat, tunc jam induebant naturam bonorum Wadowskianorum adeo, ut si hic filius, v haec filia decessissent bona haece, tamquam a patre provenientia, haeredibus paternis Wadowskianis, exclusa familia Ostrowskiana agnoscebantur— Eodem modo fiebat segregatio onerum paternorum & maternorum, & applicatio eorundem ad quamlibet substantiam separatim. De hac resolutione transformationis bonorum, innumeri in Polonia ex hoc fusi processus historici testantur. Magnae exinde etiam proveniebant lites, quod judex non ipso haereditatem perstruit, sed quod haeres statim post mortem defuncti intromissionem in bona ejus petiit & accepit, quin jus ipsius successorum in judicio accuratius fuerit inquisitum & adjudicat.

Divisio substantiae inter plures fratres

De divisione substantiae inter plures fratres id notandum, quod si pater adhuc in vivis extans, substantiam suam inter filios non distribuerat, aut patris distributio propter laesionem juris naturalis adcusata fuerit, tunc ad fratrem seniorem pertinebat schedas conficere, ad juniorem vero eligere. Ne autem fratres natu medii, per ~~collisionem~~ umowa fratris natu maximi, cum fratre natu minimo laedantur, liberum iis erat pretium schedarum per plus offerentiam augere. In distributione schedarum aequalitas erat observanda tam proventuum quam onerum. Prioribus temporibus talis divisio a bra[illegible] judicis aut conventione ab ipsis cohaeredibus facta demum post 3 annos & 3 menses vim nanciscebatur. Statut 1347 Vol I fol 40. Serius declaratum est, quod tales liberae transactiones nulla egeant praescriptione ad earundem convalidationem (: Const. anni 1764 Vol VIII fol 67) Proinde simile compromissum et decisio ab arbitro electo emanata, pro inviolabili erat habenda (Const 1776 Vol 7 fol. 886.) Tamen si alicui fratrum, summa quaedam in ipsius scheda contenta, dempta fuerit, et si onus quoddam posthac emergebat, et si pars bonorum evicta fuerit, tunc ille ex schedis aliorum restitutionem damni sibi illati petere potuit (Const. 1562 Vol 2 fol 613.)

Secundum Statutum Lithvan. Cap 3 art 17 & Cap 9 art 16 sequentia sunt notanda: 1°) Divisio inter fratres perpetua tunc tantum fieri potuit, quando omnes 18 aetatis annum attingerunt. 2°) Si plures fratres relicti fuerint a patre in aetate competenti ad divisionem, tunc si seniores nonnulla quaedam, quae nondum in perpetuum exdividi potuerant, alienare pro sua parte et onerare cupiebant, id ipsis permissum erat; hoc facto si juniores post obtentam necessariam aetatem perpetuam bonorum divisionem exegerint, eorum illum, cui senior partem suam alienaverit, potuerant ad judicium terrestre citare, ut collatio seu divisio horum bonorum cum eo peragatur. — 3°) Si quis ex fratribus in nomine communi desolationes praedii causaverat, sylvas exciderat, subditos expulerat ~~etc~~ tunc in exdivisione perpetua, id de ejus scheda distrahendum erat. — 4°) A divisione inter fratres facta, appellatio non erat in judicio terrestri, nisi de munimentis (zamki) lis inter fratres fuerit exorta. — 5°) Circa exdivisionem perpetuam, documenta, privilegia, penes eum relinquebantur, qui nomen et privilegium obtinuit. Si nomen erat divisum et privilegium pluribus inserviebat, Copia cuivis tradebatur, originale vero penes illum, quem conventione inter se eligerunt, et a natu ~~ma~~ majori asservabatur. In bonis juri Magdeburgico subjectis, — & in Prussia in omnibus omnino bonis divisis, per deputatos a regia Majestate specialiter designatos fiebat.)

De jure rerum personali

Jus rerum personale vi cujus unus alteri ad aliquam praestationem obligatur fundamentum suum habet ~~[illegible] immediate in~~ lege, b)

a) immediate in lege, b) in pacto, aut c) in laesione illata. Casus in quibus alicui lege immediate jus reale personale tribuebatur vel erant enumerati, vel eos enumerabimus (no no à to co?)

Generalia principia de Contractibus

Contractus dividebantur secundum jus civile polonum a) in publicos, b) privatos. Contractus publici, seu officiosi vocabantur illi, qui α) juxta formulam in lege praescriptam conficiebantur & β) in actis publicis recognoscebantur. Contractus privati illi erant, ad quorum validitatem non requirebatur forma legibus praescripta, neque recognitio in actis publicis, sed juxta formam arbitrariam a partibus iniri poterant. Attamen contractus privatus publicus evadere potuit, si mutuo partium contrahentium consensu, vel saltem ad instantiam unius alteriusve partis ad acta publica fuerit exhibitus, recte in iis ingrossatus, vel saltem coram iis roboratus. Ingrossatio seu inscriptio tunc locum habuit si documentum officio collatum, de verbo ad verbum libris publicis inscribebatur vel apud acta publica retinebatur. Roboratio erat contestatio secundum formulam lege praescriptam, per individuum cancellariae publicae facta, quod nempe documentum officio oblatum, & coram actis hisce fuerat agnitum. Documentum ipsum in hoc casu parti ejusve procuratori extradebatur, sed in prothocollis publicis adnotabatur roborationem fuisse factam. Officialis, qui talem contestationem fecit in legibus polonis susceptans dicitur. Si quae ritus, coram quibus judiciis & quo cum vigore praedicta inscriptiones & roborationes fieri debebant, adeo praevacare debemus, quae de regni polonici divisione, & de judiciis in variis ejusdem partibus existentibus diximus. Polonia dividebatur in tres partes principales a) Poloniam majorem, b) Poloniam minorem, c) & Lithuaniam. Qualibet pars plures continebat palatinatus. Palatinatus dividebantur in terras, itaque terrae in districtus dividebantur. In singulis Palatinatibus aderant inter alia judicia terrestria, judicia castrensia, porro pro toto regno tribunalia & judicia comissaria. Primis temporibus inscriptio contractuum coram actis terrestribus fieri debuit; postea etiam coram castrensibus fieri potuit, uti patet ex Constitutionibus 1576 Vol. 2 fol. 939 — ann. 1583 Vol. 2 fol. 1219 — In magno Ducatu Lithuaniae art. 23 capt. 3 statutum erat: quod si aliquis tempore, quo judicia terrestria non celebrabantur, coram judicio castrensi inscriptionem recognoscere voluerit et extractum facta petitionis petere, qui pro duobus terminis judiciaribus terrestribus valebat, intra quos inscriptio secundum istum contractum actis terrestribus inferenda erat, & quidem sub rigore nullitatis. Coram actis tribunalitiis aut comitialibus rite fieri potuit inscriptio secundum Constitutionem de 1580. Talis inscriptio perpetuo quidem valebat, prioritati tamen creditorum in actis terrestribus aut castrensibus inscriptorum non praejudicabat. Ad hoc jus prioritatis acquirendum, inscriptio in actis tribunalitiis aut comitialibus facta ad ista acta transferri debuit per citatam Constitutionem 1588 & aliam Constitutionem Augusti II 1726 latam

W. 18

tatam etiam ad Lithuaniam extendebatur. Inscriptiones coram actis castren- sibus facta ad acta terrestria transferri debebant et quidem juxta Constrem anni 1506, intra unum annum; item inscriptio coram actis alieni districtus facta, ad acta proprii districtus transferri debuit, cujus tamen translationis nullus expres- sim statutus erat terminus. Ast cum seriores Constres de illa translatione agentes ad priores leges de anno 1496 & 1505 sese referrant, idem terminus unius anni viguisse videtur, cui tamen, uti ex Constone anni 1620 Vol 3 fol 378, patet, termi- nus 6 septimanarum ex jussis saxonicis, analogia adjunctus fuit. Postha anno 1768 Vol 7 fol 78 nova de hac materia emanavit Constitutio, qua statuit, quod trans- actiones tam perpetuae t. in alienis castrensibus, vel terrestribus judiciis inscripta, si intra 1 annum & 6 hebdomades, ad libros proprii palatinatus, districtus non fuerint translata, sint annullanda, & ab omnibus judiciis pro nullis reputanda. Hac Constitutio post revindicationem Galiciae in judiciis nostris plura dubia excitavit: primo quaerebatur: utrum vigor hujus legis, non tan- tum causas reales, sed & personales afficere debeat, et secundo: utrum ejus parcus litteraliter sumptus, non tantum post legem anni 1768 consequentes actus, sed & praecedentes ligabit: Emanavit Declaratio 28o 7bris 1781. Io) quod lex 1768 uti & priores leges de 1588, ad sola bona immobilia & causas reales, specialiter in concursu creditorum et excitata crida referri debeant. IIo) quod chyrographaria omnia scripta obligatoria cautoria, & in foro bonorum creditoris, non oblatuata intra tempus lege anni 1768 determinata, licet prioribus creditoribus non praejudicent, tamen naturam debiti personalis praesefere debeant, & vi antiquae consuetudinis ad substantiam creditoris ultra onera realia, restantem, aut ad personam debitoris legantur, aut pro debito personali censeantur: 3o) quod vigor hujus legis 1768 tantum in instru- mentis realibus, quoad causas, post legem praefatam sequutas, non vero ad causas legem praecedentes, applicandus sit. Caeterum quoad illas partes, quae post subsequutam revindicationem Galiciae adhuc sub imperio polono remanebant lata fuit constitutio anno 1775 vol 8 fol 178, quod judicia cas- trensia tam Coronae quam Magni Ducatus Lithuaniae specialia habeant Pro- tocolla quoad debita nobilium contrahenda, ubi solum debita illius pa- latinatus assumenda erant. Si quis Nobilium extra provinciam debita con- traxerit, tunc creditor documentum exaratum, tandiu chyrographum aut aliud scriptum debitorum ad castrum debitoris transmit- tere debuit, et in illo prothocollo adnotari facere, sub nullitatis periculo, intra 1 annum & 6 septimanas. quoad debita extra regnum contracta commissioni thesaurariae regiae committebatur, ut omnia chyrographa & Cam- bia debita extra regnum contractas concernentia, adnotet sub rigore nullitatis, in causis controversis. —

Inscriptio in libris publicis sequentibus modis fieri potuit, I) Vel compa- rebant paciscentes personaliter coram judicio, oretenus contractum declaran- do, qui in forma legibus praescripta, libris inscribebatur. Iste modus inscrip- tionis vocabatur personalis recognitio — simul partibus tacere erat, extractum ex libris publicis seu Copiam authenticam inscripti contractus procura- ndo levare. —

IIo) Vel partes personaliter comparentes afferrebant contractum jam

jam extrajudicialiter confectum in originali, atque sinceritatem ejusdem attestanter in acta publica eodem inscribi debebant, & hac inscriptio ita fiebat ut contractus medio brevis extractus in libro adnotaretur. – Judicium in ipso documento contestationem adelicet, quod contractus in originali ad acta fuerit praesentatus, & coram iis a partibus agnitus; originale cum hac attestatione munitum, a partibus recipiebatur, hic modus inscriptionis vocatur: Roboratio.

III°) Pars una, aut personaliter in judicio producebat, aut per alium quendam miserat documentum, jam coram aliis actis inscriptum & roboratum, vel etiam extrajudicialiter tantum exaratum, idque in judicii acta inscribi curavit. Exemplar autem judicialiter roboratum recevit; plerumque paricta apographa adferebantur, & judicio ad inferendum relinquebantur, originale vero per offerentem recipiebatur, hic modus vocabatur Oblatuatio (Ctio 1565, 16/5)

Personalis recognitio & roboratio, erant modi majorem securitatem praebentes quam Oblatuatio. Jam enim in personali recognitione, quam roboratione extractus ex actis publicis plenam fidem faciebant, cum in utroque casu judicium per confessionem utriusque partis, de genuitate contractus initi, certum fuit redditum. In oblatuatione vero, vi Constitutionis de 1538 Vol I fol 529 et 1539 Vol I fol 549, ob multas & magnas saepe fraudes extractus ex actis nullam habuit vim, nisi simul originale fuerit productum. Cum enim hoc in casu, documentum solummodo ab una parte in judicio offerrebatur, facile adulteratum esse potuit. Per oblatuationem non solum documenta privata, sed et a judicio quodam edita sententia, relationes ministerialium, in actis conscribebantur. Attamen erronea et praxi contraria est opinio, quod oblatuatio nullum jus reale tribuerit, nisi contraria opinio, a nostra quoque legislatione, decreto aulico de die 28° Aprilis 780 pro recta fuit agnita.

Occupata Galicia 1772 simul acta hanc provinciam concernentia occupata fuere, atque per aliquot adhuc annos, in eodem statu ut antea, in iisdem locis, cum quibusdam nonnisi modificationibus remanserunt. – propter hasce mutationes vocabantur acta nova formae. Sublatis judiciis terrestribus & castrensibus, atque introducta tabula regia, in amolius mediantibus hisce actis jura realia adquirrebantur, & acquirruntur, tamen continuo ad probationem jurium ante quaesitorum inserviunt. Ut hac acta continuum praebeant usum, proinde cura regiminis austriaci, hac acta per totam provinciam dispersa, in unum archivum Actorum Leopoliense collecta fuerint. Ob deficientes originales indices admodum difficile erat singula documenta in iis invenire, proinde singula fragmenta in ordinem redacta, atque secundum annorum seriem in libros paginatos collata fuerunt; simul indices ordinati conficiebantur. Iste labor mense Julio 1787 per 150 individua inchoatur anno 1800 terminatur fuit, ita quidem ut I° in prima rubrica paginae occurranti, nomen & cognomen partium II°) in secunda objectum, III°) Prothocollon librorum. – Ad exactionem relationem inter indices & libros distinctio singularium archivorum necessaria erat, quae diligenter peracta fuit; et ut facilio rem exquisitionem indicis, secundum separata archiva speciali colore distincta fuere. Continet vero h. archivum generale, sequentia

sequentia archiva specialia 1°.) Leopoliense ex actis castrensibus et terrestribus Palatinatuum, Leopoliensis, Zydaczoviensis, Przemysliensis Sanocensis, Pilsnensis, Haliczensis, Trembowliensis, Belzensis, Przeworscensis:– ex actis terrestribus Osviecimensibus, ex archivo Osviecimensi, Zatoriensi, et actis terrestribus Sanocentibus. Antiquissimus Liber Biczensis (1348) – tum 4 libri castrenses: Lubaczowiensis, grodnensis, Krasnostawiensis & Samboriensis.–

II°.) Acta Tribunalitia Lublinensia idiomate authentico: nam ad hoc Tribunal fiebant appellationes ex palatinatibus Russiae, Kiow, Bonensi, & Czernichowiensi. Circa quodvis speciale archivum acta Copiarum, cum separatis indicibus extant, adest speciale sine indice. Classificata sunt haec acta sequenti modo: 1°.) Libri inscriptionum continent donationes, redonationes, fundationes, obligationes, cessiones, retrocessiones, advitalitates, quietantias etc.–

II°.) Libri relationum continent manifestationes, protestationes, divisiones graniciales, citationes, relationes ministerialium et diversi generis oblatationes.–

III°.) Libri decretorum continent omnis generis sententias in litibus latas. Singulis subdivisi posit in Protocolla, ubi documenta recensentur & in dudas ubi extensum inscripta reperiuntur.

IV Libri plenipotentiarum mandata privatorum continent. V. Libri causarum continent registra causarum judicatarum.–

Acta copiarum continent diversas copias. Partes scilicet ad acta Copias afferre solebant, & in judicio consignabant, quas officialis excipiens applicabat h. e.: annum & diem, qua documentum inscriptum fuit, propria manu adscripsit ut a meris Copiis discernantur, postea palestrantibus tradebant, ut inductis inscribantur. Hae Copiae sunt inscriptionum apographa, relationum decretorum etc. – Cum tamen Copiae tales libris Copiarum statim non inscriberentur & ex oblivione plane non fuerint illatae, inde copiae hae dividuntur in inductas, h. e. libris ingrossatas, & non inductas, h. e. libris non ingrossatas, itaque ideo magni momenti sunt, et loco librorum adhibendae. Acta cum indicibus continent requisitiones, traditiones bonorum, levationes documentorum et sic porro: Non erat operae pretium eadem indicibus providere. Denique acta corroborationis documentorum quorum finis vi circularis dd. 9a Xbris 784 in eo est repositus, ut pacta jura personalia concernentia, legaliter ibi recognita & roborata in vi sua permaneant. Et ut si quis contractum, de bonis extra Galiciam in Polonia sitis inierit, recognitio seu corroboratio judicialis fieri ~~debuit~~ debeat vi Decreti 10a 8bris 808 et 3a Januarii 1819 archivum antiquorum actorum cum tabula regia conjunctum & registraturae tabulae regiae subjectum.–

Requisita Contractus

Contractus cujuscunque nominis, praesertim si objectum eorundem bona immobilia erant, ut vim perpetuitatis & validitatis habeant, debuerunt: 1°.) coram actis publicis inscribi, aut saltem recognosci, nempe castrensibus terrestribus. Tribunalitiis –

2°.) coram actis propriis, seu actis proprii districtus, i. e. illis in quorum districtu bona objectum contractus constituentia sita erant; & saltem

v. saltem major eorundem pars ita, si vero contractus coram actis alieni
districtus fuerit recognitus, ad validitatem ejus requirebatur ut in spa-
tio unius anni & 6 septimanarum ad acta proprii districtus transferre-
tur. — 3°) Requiritur ut contractus personaliter, id est per partes contrahen-
tes, aut saltem per earundem ad hunc actum specialiter delectos plenipoten-
tes, coram actis publicis recognoscatur. — 4°) Officialis, cui documentum
ad roborandum v. ingrossandum offertur, debet esse possessionatus & juratus
~~rei~~ rei gnarus, & personas contrahentes inscribentes v. transigentes bene
noscens, secus quia tertius facile nomen fingere et falsum documentum exa-
rare posset. — 5°) Recognitiones documentorum cujuscunque generis, non ali-
ter nisi in loco cancellariae fieri debuit, nisi speciale rescriptum regis
sit, in favorem potissimum personae aegrae valetudinis, in fundamento cu-
jus, facultas datur officiali, acta in domum personae infirmae inferendi.
Idem officialis inscriptiones partium non ad chartam separatam, sed ad
Prothocollum suscipere obligabatur. — 6°) Severitas actorum publicorum
severe legibus injungebatur, ita quidem, ut si officiali, v. ejus scribae
regenti, aut susceptanti, fabricatio aut falsae transactionis ad acta in-
ceptio objiceretur, & demonstraretur, idem vi Constitutionis de anno 716
poena mortis puniebatur, ipsa vero persona documentum offerens causa
cedere debuit. Sed hic rigor anno 768 eo est modificatus, quod officialis ta-
lis tantum poena 1000 marcarum afficiebatur, & sessione in turri per 6
septimanas puniebatur. — 7°) Contractus cujuscunque generis fieri solebat
sub vadio generali & speciali. — 8°) Quilibet contractus seu transactio obli-
gat non solum partes recognoscentes sed & eorum successores, juxta regulam:
"succedens in bona, succedit etiam in onera." — 9°) Contractus venditi
in fraudem tertii factus, juxta legem 388 Vol 8 fol 219 est nullus, v. g. si
quis bona sua ultra vires onerata in fraudem creditoris venderet. —
10°) Resignatio substantiae sub lite pendentis, invalida est, et executionem
judicialem non sistit. — 11°) Antiquis temporibus contractus vim amitte-
bant spatio 3 annorum & 3 mensium, v. transactione contraria, cessio-
ne, transfusione v. resignatione — quia autem innumeris litibus ansam
praebuit, serius mandatum est, quod quilibet contractus libere initus & cor-
roboratus, nec diuturnitate temporis, nec tardius inita transactione
invalidetur. — 12°) Contractus manuales id est, non roborati, etiam
membrani vocati, intuitu alienationis bonorum in haereditatem, ursuali
lege 620 ~~est~~ sunt sublati, adeoque nullam vim habent.
In magno Ducatu Lithuaniae sequenti modo fiebant ~~transactiones~~ inscriptiones:
Ille, qui inscribere voluit, factam inscriptionem propria manu subscri-
bere, & sigillo proprio munire, & insuper 3 aut 4 nobiles famae bonae
fide dignas, & in Lithuania possessionatos rogare debuit, ut & ipsi sigilla
sua apponerent. Quod si inscribens, scribere nescit, tunc dicti testes &
amici subscribebant, & sigilla propria apponebant; qua inscriptione con-
fecta, inscribens personaliter, coram regia majestate, aut coram judicio
terrestri illius districtus, in quo bona inscripta jacebant, comparere
& praefatam inscriptionem recognoscere debebat; quod si districtus ille
remotior fuerat, dabatur eidem facultas coram judicio proximiori, com-
parendi, dictam inscriptionem praesentandi, recognoscendi & ad acta

& ad acta ejusdem judicii ingrossandi & inscribendi. Ille autem cui dicta inscrip-
tio servire debebat, cum ejusmodi litteris & cum extractu ex illis proficisci,
v. easdem transmittere tenebatur ad illud judicium terrestre, in quo bona inscripta
jacebant, praesentando easdem; & post factam praesentationem earundem in
acta ingrossare curabat. Si autem inscriptio facta fuerit coram actis regiis,
tunc non indigebat transportatione ad acta terrestria proprii districtus. Si
autem aliquis, in terminis terrestribus inscriptionem aliquam facere non po-
tuit, tunc debebat venire ad judicium castrense, et ibi contractum conscrip-
tum coram Capitaneo monstrare, recognoscere, & in actis castrensibus de
verbo ad verbum inscribere, extractum inscriptionis cum sigillo & subscrip-
tione accipere. Haec inscriptio ad terminos duos terrestres judicialiter
celebratos, & non ultra — & in iis terminis duobus ad acta terrestria trans-
portari debuit, & in actis inscribi, extractumque ex actis sub sigillo judicii ter-
restris obtineri. Quodsi ejusmodi inscriptio ad judicium terrestre in dictis
terminis duobus non esset transportata, nullius valoris fuit, & sub praetextu
ejus, rem sibi inscriptam, nemo retinere valuit. Si autem haec trans-
portatio propter pestem aut bellum fieri non potuit, in tali casu statutum
fuit, quod transportatio, & inscriptio ex castro ad judicia terrestria, propter
servitium bellicum & pestem non debent nocere ei, cui aliquid inscriptum
fuit, quamvis post reditum ex servitio bellico v. post finitam pestem in
primis terminis terrestribus tales inscriptiones ex officio castrensi non
fuissent transportatae, et in actis terrestribus inscriptae ac connotatae?
De illis inscriptionibus porro sequentes statutae sunt regulae:
1° quod nemo alteri voluerat inscribere aliquid, qui dominium v. jus ad
illud non haberet. — 2° quod inscriptio a subdito absque scitu domini facta in-
valida fuit. — 3° quod inscriptione a ~~duob~~ duobus facta, respectu eorundem
bonorum, prior in suo valore remanere debuit. Ille autem, qui tali
inscriptioni non satisfecit, a judicio castrensi citari, ab eo judicari, & in poe-
nam condemnari potuit. —
Occupata Galicia per Austriam inscriptiones ad tabulam regiam qualifica-
tae transferebantur in illam ex actis intra annum post erectionem
hujus tabulae regiae; hic ~~annus~~ annus discretionis dictus, etiam annus
gratiae dicebatur, quia hae intabulationes gratis fiebant, & eo cum effectu,
ut eandem prioritatem in quovis corpore stabulari haberent, ac in actis an-
tiquis. Post hunc annum vero, translata ad tabulam regiam inscriptio,
creditoribus intermedio tempore ad tabulam reg: illatis postponebatur. Si-
milis ~~transl~~ transportatio recentioribus temporibus obtinuit, quoad acta
circulorum Tarnopoliensis & Zaleszczykensis qui pace Viennensi 1809 Impe-
rio Rossico cessi, deinde in sequelam tractatus Vindobonensis 3° Maji 1815
denuo restituti sunt. Sub imperio Rossico sic dicti libri hypothecarii ibidem
erant, & commissio specialis, cui petita pro inscriptionibus exhibebantur. Re-
occupato districtu Tarnopoliensi a° 1816, appellationum Tribunali ordina-
tum fuit, quod translatio jurium ex libris instrumentorum antea actae
commissionis gratis, & quidem ita fieri debeat ut 3 Consiliarii a Foro
Nobilium delegati, qualificationem inscriptionum ad tabulam regiam,
servato ordine prioritatis in antiquis actis dijudicent, deinde facta

pacta translatione partes informent, ut intra duos menses inscriptionem in tabulis regiis inspiciant, & si quid opponendum habeant, id intra alias duos menses faciant. Decretum aul. 815 statuit, quod, postquam districtus Tarnopoliensis denuo recuperatus fuerit, in sequelam Decreti aul. de 8a April. 816 jura realia, libris antefatae comissionis inserta, quatenus secundum leges nostras intabulationis capacia erant, ex offo & sine taxis intabulata, alia autem illuc translata non fuerint (+) quod omnibus, quot hic jura realia concernunt, incumbat, tabulam regiam inspicere, v extractum tabularem sibi procurare, & si quid opponendum habuerint, intra 6 menses a 1a Januarii 1818 foro Nobil. Leopoliensi, medio libelli exhibeant, ita, ut intra hoc tempus terminus praescripti tabularis 1677 currere incipiat. — Similis translatio ceu inservitu districtus Podgórzensis locum ~~habuit~~ habuit. —

(+ to mierow mièw ber sorum)

(Regula huicusque exposita nonnisi valebant de contractibus, qui se ad bona immobilia referrebant. Alius generis contractus: pacta iniri poluerant, v oretenus, v scriptotenus. Si pacta solummodo oretenus fuerant conclusa, nulla ex iis profluebat actio, attamen paciscentes bona fide obligabant. In contractu scripto omnia puncta clare ac dilserte erant exprimenda; locus & dies conventionis, nomen partium contrahentium & objectum contractus accurate definiri debebant, plerumque partes, poenam quoque conventionalem statuebant, eo, tum luendam, si contractus non fuerit rite adimpletus, plerumque forum quodam vicinum sibi eligerunt, propriis judiciis renuntiantes. Inhabiles personae ad contractus ineundos erant 1mo furiosi & mente capti, ideoque in quavis inscriptione ab initio legimus: sanus mente & corpore. 2do Bannitae, post lapsas 12 septimanas, a tempore editi edicti, (Const. 588 Vol II fol. 1420) — 3o Prodigi declarati. 4o Impuberes nisi annum 20 attingerunt, facta tamen inscriptione anno 24 consequuto, confirmare tenebantur (768 Vol 7 fol 77) — 5o Monachi & Moniales quia nil proprii habent, & priusquam claustrum ingrediuntur, solummodo de 10a parte bonorum disponere possit (764 Vol 8 fol 63). — Huiusque erat de contractibus in genere.)

De contractuum speciebus

De contractu permutationis

Contractus permutationis ille dicitur in quo certa res, pro alia redatur. Quoad res mobiles nulla requirebantur formalitates, sed traditaque re permutanda contractus simul adimpletur erat. Permutatio bonorum immobilium ut fundi, v villae, erga alium fundum v villam semper inscriptione eghebant. Forma inscriptionis in statutis citatur buius sequens: Comparens personaliter coram judicio praesenti, nobilis ex una & nobilis ex altera parte, sana mente & corpore, compotes rationis existentes, publice & expressum recognoverunt talem inter se bonorum hereditariorum perpetuam & irrevocabilem permutationem, dantes sibi invicem bona pro bonis, & e converso pro certa; quod videlicet praedictus et dedit, & commutavit bona hereditaria, videlicet villam X cum ipsius villae totali hereditate, cum omni jure, dominio, & proprietate ac titulo ~~proprio~~ hereditario, cum praedicto B, qui pro eisdem et hereditariis bonis, videlicet villam X etiam cum totali ipsius villae hereditate illi dedit & commutavit, bona sua hereditaria, videlicet villam Y cum omni jure, dominio, proprietate, ac titulo hereditario ita, ut praefatus B praedicta bona, videlicet, villam

videlicet villam X cum suis successoribus teneat, habeat & hereditarie possideat, ita late longe, circumferentialiterque, prout predicta bona seu hereditas prefata villa X in suis metis & limitibus e distincta, et limitata, cum omnibus, ad ista bona spectantibus appertinentiis, nihil excipiendo, - & similiter videlicet A predictam villam Y etc.... et jam prefati commutantes, dederunt sibi invicem, in prefata bona commutata realem intromissionem, & debent, tenebunturque ac et eorum successores invicem occasione premissorum bonorum tueri, defendere, & invicem se eliberare, pacificareque ab omnis impeditione juridica, ab omnibus personis, per prescriptionem terrestres, prout ad aliquam personam prescriptio pertinet, sub damno terrestri, toties, quoties alteri ipsorum commutantium vel eorum successoribus opus fuit (Const 523 Vol I fol. 418.) De hujusmodi bonis in commutationem datis valebat, quod jure retractus seu propinquitatis sanguinis retrahi non potuit, uti Zawadzki testatus, qui affert praejudicatum de anno 583. Talis contractus rite initus, neque ab uno compaciscentium, neque ab eorum successoribus impugnari potuit, quod confirmatum fuit per Constitutionem 1768 Vol 8 fol 77. & quidem sub mulcta 1000 marcarum & poena sessionis in turri per 12 hebdomades. —

II Contractus Commodati. —

Contractus commodati est ille, quo res mobilis vel immobilis, corporalis vel incorporalis ea lege ac conditione ad utendum traditur, ut eadem res reddatur. Dominium ergo rei commodatae penes commodantem manet, ita, ut eam non solum a commodatario, sed ab omni quoque tertio vindicare possit. Non idem obtinet in speculo saxonico, ubi statuitur, quod proprietarius solummodo actionem erga commodatarium habeat. In legibus Poloniae & Lithuaniae nullae speciales de hoc occurrunt Constitutiones, nisi Effatum Casimiri M. 1368 sequentis tenoris: Nicolaus deposuit querelam contra Mathiam, quod licet sibi equum suum ad certam viam Lamanam amico, accomodasset, tamen Mathias eundem equum restituit claudicantem, Mathias respondit: Bona fide eundem equum tamquam proprium equitasse & servasse, nec scire, unde sibi talis laesio veniret. Nos autem in tali casu declaramus predictum equum intra duas septimanas, quiete & absque labore per Mathiam observandum — qui equus si infra predictum tempus non convaluerit, ex tunc pro eodem equo, prout poterint amicabiliter se componere tenentur. —

III Contractus Depositi

Depositum est contractus de re mobili gratis custodienda; in eadem forma, quandocumque deponenti libuerit restituenda, quo ergo nec dominium, nec possessio, nec aliud quodam jus in re ad depositarium transit, proinde ille qui rem depositam violavit, non solum omne damnum deponenti resarcire debebat, verum etiam poena afficiebatur (Constit anni 1663 Vol 3) fol 121 — Const 1659 Vol IV fol 597). — In Statuto autem Lithuaniae, Cap 7 art 32 sancitum habetur: — 1mo ut in extraditione rerum in depositum, litteraria documenta exararentur, in quibus rerum natio fortitan, pro detentione aut custodia & in casum damni enascentis, indemnitas praesolventur. — IIdo si nullae litterae de initio deposito fuerant

fuerant, exaratæ, et si depositarius negabit rem apud se fuisse depositam, tunc liberum erat eidem hoc assertum juramento confirmare. III.o Si res depositæ, una cum rebus depositarii propriis combustæ fuerant, aut furto subtractæ, tunc indemnitas a depositario non poterat prætendi sed damnum ipse deponens sentire debebat. — IV.o Si autem depositarius asserebat, res depositas fuisse incendio combustas aut furto ablatas, cum tamen res ipsius propriæ intactæ mansissent, tunc responsabilis est Domino. — V.o Si res deposita interdicto obstringebatur, tunc penes depositarium manere debuit donec lis in judicio fuerit decisa. Si autem ex sententia apparuerit illam litem ex mera prolixitate fuisse ortam, tunc ille qui litem movit, debebat expensas persolvere, quas protracta custodia causabantur. —

IV Contractus Mutui:

Contractus mutui, vel simplicis debiti ille erat, quo res alicui in dominium tradebatur, ea cum conditione, ut tantumdem in genere restituat; proprietas ergo ad mutuatarium transiit, & in eo differt a commodato. — Mutuatio fiebat per traditionem rei mutuatæ, quin aliquod documentum desuper exararetur, vel si minor erat summa mutuata securitatis gratia; instrumentum simplex chyrographum manuale conscribebatur. Major summa super aliquo debitoris bono, vel super omnibus ejus bonis, modo hyppothecario inscribebatur. Talis inscriptio in actis publicis fieri debuit, juxta formam statuti sequentem: Comparens personaliter coram judicio nobilis A publice, & per expressum recognovit, quia nobili B 100 marcas pecuniarum, certi & liquidi debiti tenetur, & præsentibus obligatur istud ad festum S.ti Stanislai proxime venturum, solvere & complere; casu quo non solverit, aut solvere neglexerit ex tunc in crastino ejusdem festi præsentibus se obligat, nobili B dare intromissionem realem & pacificam possessionem in villam suam hæreditariam A per ministerialem, quemcunque ibi præfatus B elegerit, etiam sine additione alicujus officii, et data sibi intromissione & pacifica possessione debet, & tenebitur ipsum tueri, defendere, & eliberare, ita, quod præfata bona pacifice & quiete, ab omni impeditione juridica quarumcunque personarum posse tenere & possidere, quæ tenebit, habebit possidebit modo obligatorio in præfata summa 100 marcarum usque ad plenariam solutionem prædictæ summæ, cum omni jure dominii et proprietate, ac cum omnibus utilitatibus ex eadem villa provenientibus, nisi excipiendo et tenebitur dictus A præfatum B, occasione præmissarum tueri defendere & eliberare, sub vadio similis summæ.„ — Tamenquam talis inscriptio etiam sub lapsu fiebat; id est, tali modo, quod non sequuta solutione creditor intromissionem in bonum inscriptum petere potuerit & possessionem, ast non solummodo obligatoriam sed ad tempus donec fuerit pacificatus ad perpetuum. — Prætensiones mercatorum, de mercibus venditis, dummodo in libris eorundem erant inscriptæ, ita considerabantur, ac si chyrographum desuper fuisset exaratum (Const: a.o 1540 Vol I fol. 558 & anni 1768 Vol 7 fol. 660). — Si autem aliquis mutuo cuidam dederat summam, quin inscriptionem de ea accepisset, aut aliud quodam documentum, & si debitor negavit se mutuum

-mutuum accepisse, tum ille ad juramentum admittebatur. Quoad mutuum notanda est illa restrictio, quod circa lusum chartarum taxillorum, vel alterius furtis lusus, si quis debitum contraxerat, neque victus, neque parentes ejus neque fidejussores de tali debito conveniri potuerunt. Jam Casimirus M: 1368 decrevit, quod deinceps nullus indigena ludat taxillos ad creditum seu credentiam, sed tantummodo pro pecunia parata; quod si quispiam contra hoc statutum egerat temerarie, ipso jure non valet creditum, nec ad aliquam solutionem seu satisfactionem, victus victori teneatur, nec fidejussores ab ipso vincente possit conveniri. – Porro legitur in aliquo articulo hujus statuti sequens dispositio ut noxius usus taxillorum abjiciatur, per quem saepius justi patres, propter filiorum excessum de bonis suis pelluntur, et absque ipsorum culpa ad nimiam deducantur paupertatem statuimus: ut si filius aliquam pecuniae quantitatem, utrisque parentibus vivis & sanis ludo amiserit, praedicti ludentis parentes non tenebuntur ipsi victori pro suis filiis vel filio, ad pecuniae perlusae satisfactionem – idemque dicimus de Judaeis, si mutuaverint pecuniam tali filio, superstitibus dicti filii parentibus, quod videlicet ejus parentes non teneantur de mutuo, nec aliquo modo compelli debeant, nec poterunt.)

Si aliquis debitum contractum statuto tempore non persolvebat, tunc de eo ad judicium vocari, et jure vincenti executio concedi potuit – haec executio tam quoad census, seu usuras, quam quoad ipsas sortes capitales successive reddendas a judicio concedebatur. (Const: 1726 Vol 6 fol 435:) – Si istud debitum in bono aliquo immobili erat inscriptum, tunc creditor solummodo ex illa hypotheca ibi constituta, satisfactionem petere potuit, & hoc non uno consistebat, quod ubi apud nos, bona in publicam licitationem exponebantur, ex pretium emptionis venditionis ad pacificationem impendebatur, seu creditor in possessionem boni hypothecarii intromittebatur, atque tunc possessionem tamdiu tenebat, donec in sorte capitali atque usuris fuerit pacificatus. – Si autem debitum, ut prius audivimus, sub lapsu fuerat contractum, tunc necesse erat omnino, debitorem ad officium citare, ut lapsus perpetuus, vigore inscriptionis decerneretur, & intromissio cum possessione adjudicaretur. Si citatus non comparuit, sed contumax erat, tamen officium eundem condemnabit & intromissionem cum possessione in eodem lapsu vigore inscriptionis actori adjudicabit. Si uxor una cum marito suo debitum contraxerat, tunc illud debitum solummodo medietatem illius dotis onerabit. Quoad tempus solutionis plura adsunt praejudicata quae testantur: quod tale debitum quovis tempore repeti potuerit. – De modo solvendi, si mutuatae pecuniae intermedio tempore intercesserat (praetermutatio) emanavit lex anni 1766 Vol 7 fol 452 & 523 statuens: quod tali in casu respiciendum esse ad valorem pecuniarium tempore initi contractus ut idem in eodem valore reddatur, quod etiam tunc obtinet, si summa concredita non fuerit accurate definita; ille qui solutionem praestitit a creditore quietantiam super illa solutione poscere potuit, atque restitutionem chyrographi, secus si hoc neglexerat, uti ex pluribus praejudicatis patet, alter ad juramentum admittebatur – Si aliquod debitum judicialiter fuerat initum, & inscriptione firmatum, tunc solutio coram judice recognosci debuit, atque inscriptio de ea fieri. – Si autem aliquis, in via executionis bona ibi tradita habebat, tunc finita possessione de reditibus ac proventibus proprietario rationes reddere tenebatur. In Statuto Lithu. Cap 7. art. 26 sancitum est: ne aliquis audeat absque recognitione, seu chyrographo mutui aliquam summam dare quae decem

quae decem sexagenas grossorum superaret. Si quis majorem summam dederat, accipiens non tenebatur persolvere nisi illas decem sexagenas, et insuper ille qui summam vindicavit ad juramentum adstringi potuit — plerumque itaque in Lithuania debita in bona immobilia inscribebantur — tunc autem defuncto creditore, debitor successoribus ejus tenebatur itaque satisfacere debebat; in omnibus variis aliisque clausulis in inscriptione expressis — Cap 7 art 15: Vice versa, si per venditionem debitoris vel alio modo bona hypothecata ad alium possessorem fuerint devoluta, tunc creditor ista bona vindicare potuit; nisi per lapsum 3 annorum a tempore venditionis horum bonorum tacuerit; quo tempore praeterlapso solummodo debitorem principalem adire debebat (Cap 7 art 10) Secus autem, quoad debitorem ipsum, hujus obligatio nullam praescriptionem admittebat (Cap 7 art: 12:) porro notandum est, quod uxor debita mariti, et liberi debita parentum suorum ex bonis propriis persolvere nequaquam tenebantur (Cap 9 art 18:) de casu autem si aliquis plura debita contraxit, quin tamen concursus seu prioritas fuerit aperta admodum adeo rutas continet dispositiones (Cap 7 art 12) —

Si aliquis bona in summa sibi inscripta tenebat, et alter debitum in iisdem bonis sibi etiam inscriptum aut aliquam summam mediante decreto adjudicatam esse dixerit; in tali casu, dummodo hic ab anno in inscriptione expresso, aut a condemnatione judiciali praescriptionem terrestrem 10 annorum non neglexerit, et ejusmodi bona primo ad solutionem utriusque summae sufficerent eo tum α) qui illorum majorem summam habebat, tenebatur minorem summam habenti eandem persolvere, β) quod si noluerit id facere, tunc minorem summam habens, majorem summam habenti solvat γ) de consensu utriusque vel illis alteri cuidam eadem bona oppignorabantur, et ab eo summas ubi debitas inter se dividebant. — IIo Quod si plures cum debitis suis ad una eademque bona concurrebant, et dicta bona ad solutionem omnium debitorum non sufficiebant, in tali casu qui priorem legitimam inscriptionem habebat, et in possessione eorundem bonorum fuit, circa eadem bona conservatur, posteriores autem inscriptiones habentes respectu debitorum suorum principalem debitorem convenire vel mortuo illo ad alia bona ejusdem recurrere debebant. Quod attinet usuras in Polonia: legales erant 5 %, qui majores sibi stipulabant poenam 500 marcarum solvere debebant, et pro uno anno provisionem amittebant. Si autem debitor statuto tempore usuras non persolverit, tunc in poenam quasi obligabatur usque ad restitutionem sortis ipsius 7 a 100 persolvere. A Capitalibus ecclesiasticis 3½ usurarum nomine obveniebant; in Lithuania a Capitali seculari 7 a spirituali 6 exigi poterant. — (iii)

V Contractus Pignoris

(iii) Pignus est contractus, quo res aliqua creditori in securitatem praetensionis suae, ea sub conditione traditur, ut si debitor praefixo tempore solutionem non praestiterit; ex illa re satisfactionem petere possit; res in securitatem concessa, potest esse mobilis vel immobilis — si mobilis est et creditori

& creditori in possessionem traditur, tunc talis contractus, pignoratitius
sensu stricto vocatur. Si autem res e immobilis tunc hypotheca dicitur
& in tali casu iterum duplex e forma, v nempe in simul etiam possessio
boni immobilis ad creditorem transfertur v vero hoc n obtinet. –
A) De pignore in legibus Polon: n multa enuntiata habentur – pignus
quoad titulum est v pactitium, v judiciale, v legale, prouti titulus ac-
quirendi juris pignoris, in pacto v decreto judicis v lege ipsa fundatur.
Ita in antiquis legibus atque consuetudinibus fundatum erat pignus legale
pro contumacia rei (winowajcy) ad judicium citati & n comparentis, tunc
boves oppignorabantur. – Ejusmodi pignora aestate p duas septimanas,
hieme p 8 dies asservabantur. – Si intra predictum tempus reus moram
suam n ruperat, aut creditori n satisfecerit, tunc posteriori dabatur li-
centia pignus distrahendi – Si autem ante hoc tempus elapsum creditor pig-
nus distraxit, tunc debitori valorem persolvere tenebatur, & quidem eum,
quem dominus juramento suo confirmaverit – sed hoc oppignoratio contu-
macialis boum p Decretum Sigismundi de anno 1537 sublata extitit. –
Voluntate contrahentium, pro qualibet praetensione pignus constitui potuit,
imo respectu nonnullarum praescriptum erat, ut contractus pignoris fir-
mentur; ita in Statuto Casimiri III: art 139 legitur, ut nullus Judaeus am-
plius alicui Christiano in regno Poloniae, suas pecunias super litteras obli-
gationis praestet aut mutuet, sed tantum ad pignus sufficiens praestare va-
lebit secundum consuetudinem antiquitus servatam) (Ss: 1347 Vol I fol 50,
et anno 1420 Vol I fol 18:) Itidem Vladislaus Jagello anno 1420 a. 19 pro-
hibuit ne Judaei super litteras & inscriptiones pecunias mutuent, sed solum
super pignora. Si quis igitur Judaeorum tales litteras aut inscriptiones exhi-
buerit, aut super easdem pecunias dederit, ex tunc tales litterae & inscriptio-
nes debent esse nullius valoris, nec recipiens pecunias hujusmodi tenebitur
procedere ad earundem solutionem: hoc sub respectu a Sigismundo rege
anno 1538 sancitum fuit ut Judaei tam pignus, quam diem oppignora-
tionis in libros suos inscribant – attamen!
Contractus autem pignoris initiatur p traditionem rei mobilis oppignoratae
in manus creditoris – in tali casu si tempus solutionis venit – tunc
debitor ~~creditor~~ coram judicio convenire potuit, judicium ipsi certum termi-
num praefigebat, ad pacificandum creditorem & reluendum pignus. Si
intra illum terminum n comparuit, tunc pignus p Decretum ju-
dicis creditori adjudicabatur.)

Obacz prawa zeszyt XI

Ukończyłem 18/7 w Styczniu 1844

(Au...)...

„Morgenroth! wo du röthest —
Eine Rosen-Blüte!“

Ach! — u du o Abendroth umflortest!
Schon — langen Schlummerst mir!! —

Quae mihi de rapto tua venit epistola Celso
Protinus e lacrymis humida facta meis

Abendroth
umflortest
Schon langen
Schlummer
mir 18/[illegible] 876.


Dziś me szczęście ~~[illegible]~~
W~~szystkie [illegible]~~

Ius Poloniae antecilum

Zenyt iednaky

Adam —

18 20 47



A)
Si rei minoris erat valoris quam praetensio, in tali casu creditor contentus
esse debuit pignore, nisi expresse convenerint, quod residuum suae praetensionis
a debitore repetere possit. —

B) Si autem rei oppignoratae majoris fuisset valoris, quam praetensio tum illa
publice vendebatur, ex pretio obtento creditori, tam summa mutuata quam usurae,
expensae persolvebantur, et residuum in judicio pro debitore deponebatur.
Secundum. Secundum jus Lithuanicum hoc statutum valebat, quod si aliquis rem mo-
bilem ad certum tempus sub amissione ejus oppignoravit, in tali casu, si eam
praefixo tempore non eliberaverit, creditor facta denuntiatione judicio, libere
potuit eandem vendere. (Cap 7 art 27) — Si vero oppignorata fuit absque praefa-
ta poena amissionis, tunc debitor citabatur — quod si in termino non comparuerit,
et redimere noluerit & neglexerit, judex facultatem dedit vendendi, ita tamen,
ut si aliquid ex pretio ultra debitum & expensas super fuerit, restituere tenetur. —
Si vero circa oppignorationem, nulla praefixio temporis eliberandi adjecta
fuisset, judex quatuor septimanas assignavit, intra quas si non fuerit redemtum
concessit facultatem vendendi. — (Si res immobilis oppignorabatur, tunc α) obli-
gabatur quidem sed possessio non transferrebatur, & hic contractus contractus usitatus
hyppothecarius vocabatur. β) Si possessio concedebatur, tunc id fiebat: αα) vel
post terminum solutionis, dummodum illa non praestabatur, vel ββ) statim post
contractum initum, qui contractus obligatorius vocabatur. — Contractus itaque
obligatorius tunc obtinuit, si creditor debitor in satisfactionem usurarum ac
summa capitali recepta obvenientium, proventus bonorum suorum, vel omnium vel
tantum in proportione usurarum obvenientium dimittit idest bona sua in
possessionem creditoris dat seu obligat. Talis possessio obligatoria vocabatur. —
Ad validitatem hujus contractus sequentia requirebantur: 1o Iniri debuit coram
nobilis publicis, proprii districtus: & 2o Secundum formam in statuto 1428 Vol I fol 420
expressam, quae sequens est: Comparens personaliter coram judicio nobili N haeres
publice & per expressum recognovit, quia nobili B. sua bona haereditaria videlicet
villam A in summam 1000 fl inscripsit, & in praesenti inscriptione obligat ad
festum Sti Stephani proxime venturum & sic ab anno ad annum, a (annis) sequen-
tibus usque ad plenariam praefatae summae solutionem & praedictorum bonorum
exemtionem, per ipsum bona tenenda, habenda, & possidenda, cum omni jure, dominio, &
proprietate, modo obligatorio, nihil juris dominii, & quorumvis usumfructum et utilitatum in
praefatis bonis pro praedicto N et ejus successoribus, usque ad debitum exemtio-
nem, penitus reservando seu excipiendo, sed ita late & longe prout praedictus
N tenuit, habuit, possedit, & jam sibi praedictus N dedit, & dat et nunc in prae-
fata bona realem introductionem, per ministerialem terrestrem. — 3o Talis
contractus in regula ad 3 annum inibatur, adeoque debitori omni anno libe-
rum erat, summam capitalem restituere, et hac ratione bona sua a possessio-
ne obligatoria eximere, — postea ad 3 annos inibatur, ita, ut si debitor finito
triennio satisfactionem non praestiterit, possessor obligatorius (creditor),
possessionem alterius triennii inchoavit, neque debitor competenter erat ante
elapsum secundum triennium bona sua a creditore eximere. — 4o Plerumque
creditor sibi reservavit rumationem idest, ut cum sub-
ditorum, mobilia sua in alium locum transferre posset. — 5o Si creditor com-
pertus est, quod proventus ipsi non fuerint recte indicati, ita, ut forsitan ad usuras
persolvendas non sufficerent, tunc dole illa fraudulenta actione debitorem convenire
potuit, quamvis secus contractus sanquam actus bonae voluntatis impugnari non
potuisset. (Const 1678 Vol III fol 707) ast hae leges supponunt contractum bona

bona fide fuisse initum, — 6° Creditor bona obligatorio modo possessa, ita restituere debebat, uti ipsi erant tradita; responsabilis erat de aufugio subditorum propter oppressionem, — de devastatione sylvarum, piscinarum etc. — Nova aedificia solummodo ea extruere potuit, quae immediate ad agrorum culturam erant necessaria, alias expensas factas, debitor finita possessione resarcire non tenebatur. — 7°) Talis contractus etiam successores debitoris obligabat, ita: ut creditorem praefixo tempore, donec ipsi penitus satisfactum fuerit, in possessione quieta relinquere debuerit; imo si debitor talia bona vendiderit, aliter novo proprietario per solutionem praetensionis inscriptae commiserit, ille tamen expectare debuit, donec terminus praefixus fuerit praeterlapsus. — 8° Si tempore statuto ~~[illegible]~~ pecunia mutuata coram judicio castrensi erat deposita, ~ in Lithuania ad possessorem ipsum exhibita, tunc ille de possessione necedere debuit (Const. 1768 Vol. 7 fol. 603.) — 9°) Si hoc facere noluerit, tunc etiam vi potuit expelli, et talis expulsio nequaquam tamquam actus violentiae considerabatur. — 10°) Constitutione 1726, Vol. VI fol. 108 sequentia statuebantur:)

a) Cognitionem de processibus ex contractu pignoratitio oriundis, ~~spectare ad Tribunal regni sed~~ et possessione obligatoria oriundis, non spectare ad Tribunal regni, sed ad competens forum terrestre et quidem praescisa ulteriori appellatione. —

b) Omnes summas persolvendas esse in moneta contractu expressa, secundum valorem currentem. —

c) quod possessor obligatorius non tenebatur rationes reddere, nisi id specialiter, inter partes fuerit conventum. —

De potioritate

Si bona alicujus debitoris, vel ab ipso vel ab ejus antecessoribus, ultra ipsorum valorem fuerint onerata et obaerata, tunc in sic dictam potioritatem incidebant, sub qua in antiqua Polonia fere id intelligebatur, quod hodie sub denominatione "concursus creditorum" oblnieti i krydy. Talis potioritas erat triplicis generis 1°) recessuata 2°) recessuata et adjurata, 3°) nec recessuata nec adjurata, sed in contumaciam a judice decreta. —

Potioritas recessuata tunc subintrat, quum debitor a bonis suis recedit, et illis se, in favorem creditorum suorum renuntiat, et quidem a) simpliciter, b) si id tunc facere permittit, postquam universae suae facultatis valor detaxatus, massa constituta, et obligatio creditoribus suscepta fuerit; id praecipue tunc fieri solebat, quando successor quidam, accipiens haereditatem suo antecessore debitis obrutam videt, quod summa praetensionum inhaerentium seu debitorum, nondum superat valorem integrae substantiae, et sufficientem non possidet facultatem ad omnia illa debita persolvenda, ~~tunc~~ tunc bona illa haereditaria potioritati subjiciebat, certam quandam quasi residuam portionem sibi reservans et propriam suam facultatem ab omni impeditione liberans. —

Potioritas recessuata et adjurata tunc obtinuit, si debitor praeter judicialem bonorum suorum cessionem insuper juramentum praestat, quod nempe de sua facultate nihil celaverit. In talis casus raro locum habuit, plerumque creditores juramentum hoc a debitore tunc exigebant, si bona nulla habuit immobilia, aut si illa ad pacificandos creditores non sufficiebant. — Si ergo satisfactio ex bonis etiam ~~immo~~mobilibus petebatur, quae tunc a debitore indicari debebant, et quia in tali casu fraudulenta subtractio

initractio facillime fieri potuit; proinde juramentum quasi manifestationis ab oberato exigebatur.—

Potioritas ob contumaciam tunc obtinuit, quum creditores, de extricandis suis praetensionibus ad judicium fere conveniebant, si nunc citatus non comparuit, sententia in contumaciam contra ipsum ferebatur, & judex potioritatem concessit. Creditores in tali casu praetensiones suas liquidabant, illiquidatas resciendebant, tunc detaxationem substantiae fieri curabant, & totam facultatem secundum dispositionem legum, aliaque judicio decretum inter se dividebant.— Quis erat judex competens?

Secundum legalem consuetudinem causae potioritatum, si bona in uno tantum Palatinatu sita fuerant ad judicium terrestre illius Palatinatus spectabant. si autem in pluribus Palatinatibus, bona immobilia debitoris reperiebantur tunc Tribunalia regni tales causas pertractare debebant.—

Quaenam bona potioritati subibunt?—

Omnia bona tam mobilia quam immobilia semper concursui subjiciebantur, imo & capitaneatus & salaria, quae oberatus e thesauro coronae percipiebat; aliaque bona in alio Palatinatu sita, non potuerant potioritati eximi, nam & isti creditores, qui aliquam hypothecam sibi habuerunt constitutam, ergo bonum quoddam speciale sibi inscriptum, non tenebantur fere tantummodo ad bonum illud referre, nisi illius valor ad eorum omnium satisfactionem sufficiebat; sed totam & aliam facultatem debitoris appetere poterant, proinde in contractibus, & inscriptionibus saepe fiebat, quod omnia bona generatim adducerentur, & tunc unum alterumve speciatim pro hypotheca designabatur.— Potioritatis regula generalis expressa, invenitur in Constit. 1588 Vol. II fol. 1219 quod nempe prior tempore, potior sit quasi jure, proinde etiam Potioritas vocabatur. Respici debebat ad tempus quo contractus fuit initus, v. si de inscriptionibus sermo est: quo inscriptio fuit facta aut oblatuata ad acta proprii districtus. In manualibus chyrographis recurrebatur ad datum exarationis: semper autem in classificatione seu collocatione creditorum aliqua ratio haberi debebat qualitatis praetensionum: itaque I seu in prima classe collocabantur: Omnes impensae necessariae, quae in fundum v. in aedificium fuerunt factae, & quibus valor eorundem augebatur. II Deservitum aliaque mercedes personarum ad culturam fundi, seu ad conservationem aedium omnino necessariarum.— III. Omnes inscriptiones coram actis proprii districtus factae, pia legata fundationes & chyrographa oblatuata secundum ordinem chronologicum factae oblatuationis IV. Praetensiones non roboratae, chyrographis manualibus innixae vel etiam debita ex cambiis orienda secundum potioritatem inchoati processus, seu factae ad judicium infirmationis V tunc restantes VI. lucra & perlucra id est impensae & poenae processuales.—

Potioritas in eo consistebat, quod bona cridaria creditoribus in possessionem tradebantur, pro rata praetensionum, contra massam cridariam erectarum, haec possessio tamdiu durabat, donec creditor de integra sua praetensione pacificatus fuerat. Quum autem solummodo possessio & non proprietas transferebatur, proinde proprietarius illa bona semper adhuc reddere potuit si alio modo creditori satisfecerit, & hoc vocabatur jus eximendi. Hoc jus in nostra provincia debitoribus intactum manebat usque ad 14 Julii 1811. Decreto Aulico 28 Februarii 1808 statutum fuit: quod, qui ex prioribus potioritatibus jus habuerant bona eximendi, illud intra 3 annos & 6 septimanas exercere debebant, ergo a 1ª Junii 1808. usque ad 14 Julii 1811, qui terminus

qui terminus peremtorie statutus fuit, ita quidem, ut eodem lapso nec restitutio in integrum locum habere potuit. Creditores qui in collocatione nulla praelatione gaudebant, ideoque etiam nihil ex ipsa acceperunt, plus sibi reservatum habebant ad futuram, haereditate v alio modo acquirendam facultatem obaerati. Si pacificatis creditoribus in polioritate praelatis bona illa ad debitorem revertebantur, eorum solverant, ex illis rursus satisfactionem petere uno eoque jure eximendi gaudebant, si nempe creditoribus sibi praelatis summam iisdem obvenientem persolvebant. Imo si aliquis in fundamento judicialis addictionis, bonum quoddam jam possidebat per 3 annos post factam immissionem, & tunc concursus in proprietarium aperiebatur, non potuit ex tali possessione ejici donec ex integro fuerit pacificatus. Denique notandum quod creditores bona debitoris, jure polioritatis possidentes, finita possessione rationes reddere non tenebantur, nam ante collocationem creditorum detaxatio bonorum fieri debuit, proinde proventus ita detaxati pro norma assumebantur, unde percipi potest voluit quantum quotannis unus alterve creditorum ex tali bono percipiebat, adeoque in quantum de praetensione sua pacificatus fuerit. — Sub fine doctrinae de polioritate, author noster Kitonicki adhuc observationes quasdam generales adjicit: Iº Polioritas reassumata saepe aperitur a vidua cui jus advitalitii devolutum fuit, si illa nempe videt, quod debita massam advitalitii v usum praestandi proventum advitalitii superant, tunc autem huic juri renuntiare tenebatur. — IIº Tutor quoque subintrantibus praedictis circumstantiis, decretationem polioritatis a judice petere potuit & solebat, praesertim si partem bonorum pupillarium alienare non valuit, & tamen usuris, in pecunia parata persolvendis impar erat. Tali nempe modo saltem partem bonorum a patre ad minorennes devolutorum a debitis liberare potuit. IIIº Debitoris obaerati quam maxime intererat, efficere, ut bona cedenda majoris pretii detaxarentur, quantum fieri potuit, quo major numerus creditorum inviaretur, ut ex eorum proventibus satisfactionem suam quaerant: Personae autem judiciales, quibus detaxatio committebatur prospicere debebant, ne ex una parte debitor, altera vero ex parte creditores per hanc aestimationem laedantur. IVº Inscriptiones simulatae, & in fraudem aliorum creditorum fabricatae, classificari nequeunt, quod praesertim de factis donationibus, & transactionibus valebat (Corst 1888 Vol II fol 1219). Judici itaque praecomissum erat, de realitate, & liquiditate singularum praetensionum cognoscere. Vº quamvis per polioritatem non proprietas, sed tantum possessio temporanea in creditorem transferatur, exinde tamen majorem nanciscitur securitatem, quam si titulum possessionis sua ab ipso derivaret debitore, In tali enim casu reliqui creditores, qui in polioritate nulla praelatione gaudent, eum inter se potuissent, dum autem nunc ab omni impeditione liber est, quippe a judicio jus possessionis sibi concessum habet. — VIº Consuetudo invaluit, quod quilibet creditorum certam personam judicialem sibi eligere potuit, coram qua praetensionem suam liquidare debuisset.)

Secundum Statutum Lithuanicum: De Polioritate

Statutum Lithn: fere nullas alias continet dispositiones, quam quae in regno ipso valebant. Sequentes nominis occurrebant declinationes: — 1º

rl) Forum competens ad extricandam potioritatem erat Tribunal Lithuaniae, quod tamen ad detaxationem bonorum, calculationem & liquidationem praetensionum officiales judicii terrestris et castrensis delegare debebat, quibus pro eorum opera summa 300 fl. polon. persolvebatur, & si minoris erat momenti Potioritas, de etiam diminuto salarii fere contentare debebant (Const 1726 Vol VI fol 460.) —
IIº Debita titulo cessionis a peregrinis acquisita nulla praelatione gaudebant.
IIIº Potioritas determinabatur secundum judicialem insinuationem seu inscriptionem praetensionis (Cap 4 art 73) quod quidem in Statut. anno 1784 sublatum fuit. —

Secundum Jus Saxonicum

In civitatibus secundum jus Magdeburgicum potioritas formabatur jure Falcidiae & similitudinem nempe quamvis exiguam hae procedura habuit cum quarta Falcidia, quae vi legum Romanarum heredi obveniebat. Natura hujus potioritatis haec erat, quod quilibet creditor, nullo habito respectu gradationis, aut qualitatis suae praetensionis, certam partem remittere debuit proportionatam cum sua praetensione. — Caeterum tam in civitatibus, quam in Polonia, tam in Lithuania valebat generale principium, quod aperta potioritatis pertractatione, creditores intra certum tempus fere insinuare debebant, sub clausula praeclusi, hoc est quod proexstaprio illo termino, et lata jam sententia classificatoria, non amplius audiebantur, imo nec inscriptio prius facta, pro valida et efficaci agnoscebatur, si posessor hujus inscriptionis, sese rite tempore judicialiter non insinuaverit. —

Contractus Emptionis Venditionis

E: V: est contractus, solo partium consensu perfectus, vi cujus res aliqua sive mobilis sive immobilis, alteri cum toto pro dominio & ususfructu erga certam pecuniae summam traditur. Leges polonae plures majoris momenti continent dispositiones de venditione bonorum immobilium: 1o) quoad formam hujusce contractus: solummodo per inscriptionem officiosam valide concludi potuit (Const 1611 Vol I fol 376.) Formula autem hujus inscriptionis praescripta est in statuto Sigismundi de 1523 Vol I fol 416.) "Comparens personaliter coram judicio Nobilis N. haeres, sanus mentis & corpore existens, publice & per expressum recognovit, quia bona sua haereditaria, videlicet villam N cum totali ipsius villae haereditate, & omnibus ad eam pertinentibus & quovis modo spectantibus & provenientibus, nihil in jure dominii & proprietatis, & quorumvis usufructuum, praedictus N in praefatis bonis pro se & suis successoribus, reservando, seu excipiendo, ita late & longe circumferentialiter, sicut praefatorum bonorum haereditas se in suis metis & limitibus extendit Nobili N pro Summa 1000 fl vendidit, perpetue, & in aevum, ita, prout solus habuit, tenuit, & possedit, nullis exclusis per praefatum N & ejus successores, cum omni jure, dominio, proprietate ac titulo haereditario perpetue, & in aevum tenenda, possidenda, & ad usus bene placitos convertenda! — & jam ex tunc praedictus N praefato N dedit realem intromissionem & actualem possessionem, per ministerialem terrestrem, in praedicta bona; videlicet villam N ejusve haereditatem totalem, & debet praedictus N & ejus successores praefatum N [illegible] cum suis successoribus, occasione praemissionum, tueri, eximere, & eliberare, pacificareque, ab omni impeditione juridica, ab omnibus personis, per praescriptionem terrestrem, prout ad quamlibet personam praescriptio pertinet, toties, quoties sibi N opus fuerit

fuerit, sub damno de suo restituendi nulla re exquisita ipsum evadendo. — Ad hanc formulam notanda sunt: —

1º) licet summa in venditione conventa non omnis, vel nulla adhuc ab emtore levata fuerit, tamen in inscriptione venditionis exprimi debebat, quod jam sit recepta, & quietatio facienda est de ipsa coram actis, quia venditio, ut omnes alii contractus, vera esse debet & certa. Poterat tamen in separato actu & scriptura summa nondum persoluta, per modum simplicis debiti, ab emtore venditori inscribebatur, cujus inscriptionis roboratio eorum actis publicis fit. — IIº) quod evictionem attinet, haec inscribebatur in aliis bonis quae venditor ceterum possidebat. Si nulla bona possidebat, tunc certa verum summa [illegible] praescriptionis retinebatur. — Haec evictio de eo promittebatur: quod bonum alienatum non constituat proprietatem tertii; quod non sit oneratum debitis aut aliis inscriptionibus, quas venditor relaxasset; quod tanti sit ambitus, atque tot adolat reditus, quanti & quot in inventario fuere innotati. Evictio a Zawadzki ita definitur: Evincere nihil aliud est, quam in causa oppositionis orta, vel oriunda aliquem assumere de damnis, defendere causam, & actionem ejus in se suscipere & permittere, et se praestiturum, si quid venditori aut vendendum mandavit; unde evictio dicitur: cautio de indemnitate (: Warunek :) Evictor, dicitur, qui cavit de indemnitate (: zastępca, [illegible], warunkarz :) — Nunquam tamen venditor non generalem, sed nominis restrictam & specialem evictionem promisit & inscripsit; hoc nempe tunc fiebat si aliquis bona, quae vendere voluit, a tertio quodam acquisiverat, a quo de suo evictionem generalem adhuc inscriptam sibi habebat, tunc illam evictionem sibi adhuc currentem adversum emtorem transfundebat, & ulterius nonnisi de eo cavere debuit, quod per ipsum nulla nova onera in bonis fuere contracta. —

IIIº) Si bonum vendendum non omnino ab omni impeditione erat liberum, sed si aliquis eum partem recognoscentem, cujus interesse exigebat, scire illam venditionem fieri, & in illam consentire, eamque approbare, tunc ille consensus v in ipso inscriptionis contextu v in eodem actu adjici debebat. Id praecipue obtinuit, si venditor uxorem habuit, cujus reformatio dotalis in illo bono haerebat. Pro tali casu disponit Statutum Sigismundi de 1543 Vol. I fol. 587: Si is, qui venderet, obligaret, aut alio quocunque modo inscriberet, alienaretque bona sua, haberet uxorem, tunc eandem venientibus cum amicis suis, ad minimum duobus consanguineis ex linea paterna, ad renunciationem dotis sibi inscriptae adducere, quae adducta recognoscere debet se inscriptioni suae dotali renuntiare cum consensu amicorum tunc reformatio in alio bono inscribi v a contextu venditionis deduci debuit. —

IVº) secundum leges antiquas Poloniae, ille tantum sine restrictione de bonis suis immobilibus disponere eaque pro libitu vendere potuit, qui prole carebat — At jam Statutum lithuanicum parentes in facultate libera dispositionis nullo amplius modo limitabat, & recentiores consuetudines illi legi aliquid omnino derogabant. — Vº) Pretium plerumque determinabatur secundum proventus reditus computando scilicet illos pro spatio 20 annorum. Calculabantur reditus vero vario modo, secundum locales consuetudines, v juxta quantitatem seminis ejecti v juxta numerum dierum laboratilium, v juxta census a subditis pendendas. IIº Pretio uno alterove modo determinato, deinde onera bono inhaerentia deducebantur & residuum tantummodo

tantummodo venditori persolvebatur.—

III°) Denique requirebatur quoad venditorem competentia annorum, quam leges recentiores Const. 1768 Vol. 7 fol. 707 ad 24um annum protelabant, quamvis 18° anno expleto facultas de patrimonio suo disponendi acquirebatur, tamen usque ad 24 annum venditiones factas adhuc impugnare, vel posthac confirmare potuit.— Itidem furiosus, prodigus, bannitus, nulla bona vendere potuit.— Caeterum rescindebatur contractus empti venditi I° si deerat aliquod requisitum, quod secundum leges ad ejus validitatem necessarium erat. II° Etiam mutuo partium consensu dissolvi potuit; quod si autem judicialiter fuerit initus, etiam judicialiter invalidari debuit. III°) Prioribus temporibus etiam propinquiores consanguinei jure retractus gaudebant, quod autem intra spatium 3 annorum & 3 mensium exerceri debuit (Const. 1347 Vol. I fol. 44) sed per legem posteriorem de 1768 Vol. 7 fol. 707 sancitum fuit, quod quilibet contractus observatis omnibus legalibus requisitis inviolabilis esse debeat; proinde etiam jus retractus consanguineorum sublatum fuit. IV° Denique, etiam quoad bona immobilia hac in Polonia vigebat dispositio, quod bona terrestria solummodo a nobilibus acquiri potuerant, atque ab ecclesiasticis saecularibus; quod autem ~~extranei~~ extranei cives, atque monachi, talia bona titulo empti possidere non valebant.)

(Contractus locationis conductionis, seu Arendae)

Contractus locati conducti, alias dictus, si cujus usus rerum ad certum tempus pro certa mercede seu pretio conceditur, — ex quo restitutio ejusdem rei locum habere debet.— Forma hujus contractus in Statuto Sigismundi 1523 praescripta habetur, estque sequens: "Comparens personaliter coram judicio nobilis N, haeres, publice & per expressum recognovit, quia bona sua haereditaria videlicet villam N nobili N pro summa 1000 fl. arendavit, quam summam tenebitur praefatus N praedicto N solvere ad quodlibet festum Sti Nicolai aut Joannis & praefatus N tenebitur praefatum N quietare ad acta castrensia districtus illius."— Zawadzki refert, quod arenda plerumque simpliciter inscribebatur, & summam certam non exprimendo, eoque adjecto, quod de illa jam satisfactum sit; conductor vero, debitum, speciali inscriptione recognovit nulla arendae facta mentione.—

Quamvis praedicta forma arendae in Statuto Sigismundi praescripta fuit, tamen testante Zawadzki, fere nunquam observabatur, inscriptiones non fiebant officiose. ~~A~~ sed per contractus a partibus domi ~~[illegible]~~ conscriptos, qui per partes coram actis comparentes, roborabantur.— Si quaeritur quinam bona in arendatoriam possessionem dimitti valebant, quod tam bona terrestria nobilitaria, quam ecclesiastica, in arendam mittebantur. De his ultimis autem constitutiones provinciales Gnesnenses, quibus ecclesiasticis, prohibente saecularibus prohibebatur bona ecclesiastica, etiam ad breve tempus in praejudicium successoris locare, praecipue haereticis, aut illis, qui contiguum fundum possidebant, ne ~~[illegible]~~ scilicet limites turbarentur, atque liter exinde graniciales orirentur. Bona, in quibus aliquis solum usumfructum habuit, quoad hunc in arendam dari potuerant, nam natura ususfructus est, ut in alium transferri queat. Similiter bona advitalitatis, bona advitalitati sub subjecta arendare potuit.—

Conditiones hujus

Conditiones hujus contractus di-
I°) quod clausula sic dicta renunlio adjiciebatur, ut nempe bona mobi-
lia arendatoris post finitum terminum arendationis a subditis in alium
locum transportarentur. II° Casum majoris momenti, & universalem pro-
prietarius sentit, quo spectat incursio hostium, inundatio aquarum, pestis et tem-
pestatis ex quibus magna annona et calamitas sequebatur, — hi plerumque
in ipsa inscriptione laudabantur, secus secundum aequitatem di videadum
erat — III° De rescindendo hocce contractu, de eodem prolongando, itaque aren-
dationes arendatoris finita e bono migrandi, eadem fere valebant prin-
cipia, quae supra circa contractum obligatorium expressimus. IV° Cum
bono arendato etiam fundus instructus, seu inventarium tradebatur, a-
rendatori h:e: equi, pecudes etc. — arendator eodem uti voluit & accessio-
nem ibi vindicare, exiguum damnum quod peccora capiebant, in aren-
datorem cadebat; sed si pestis generalis subintravit, tunc casum hunce
debebat proprietarius sentire. V°) Arendatori licuit bonum suum subaren-
daret sed tunc iste contractus, primo contractui haud contradicat, necesse
est, ita ut proprietarius praetensiones suas erga primum arendatorem
liquidabat & illi tanquam jurisdatori competebat, sive ad subarendatorem
convertere.)
Statutum Lithu: sequentes continet dispositiones:- si aliquis per aren-
dam bona aliqua tenens, sive per se, sive per familiam suam aut alios,
damnum aliquod vel injuriam vicino faciat, tunc damnum vel injuriam
ejusmodi judicio deferat, bonorum arendatorum dominum citet,
describis in eadem citatione omnibus damnis, & injuriis praedic-
tis hominibus factis, ut iste, cum arendatario eorundem bonorum com-
pareat & judicialiter respondeat, quae citatio in iisdem bonis ponatur. Posses-
sor seu arendatarius dictam possessionem citationis domino seu aren-
danti, denunciet, ex qua citatione in termino adveniente, tam domi-
nus, quam arendatarius respondere tenentur; judicium autem, quidquid
ex probationibus & inpositionibus valuerit, in iisdem bonis executionem
decreti sui faciat, nec dominus eandem ullo modo impediat.

Emphiteusis)

Leges recentiores facultatem contractum Emphiteuticum ineundi con-
cedunt I° Capitaneis respectu bonorum regalium II° Ecclesiasticis quoad
bona ecclesiastica III° Nobilibus respectu bonorum suorum terrestrium. Pere-
grinus, qui uno altero re modo possessionem emphiteuticam adeptus fuerat
eamve per 3 annos tenebat, tanquam indigena considerabatur, & jus ci-
vitatis adquisivit. in tali Emphyteusi concessa, jus proprietationis sem-
per domino directo reservabatur) (Const: a 1768 vol 7 fol 599)

Contractus Mandati

Mandatum est ille contractus, quo quis alteri negotium quoddam geren-
dum committit, alter vero illud exequendum in se suscipit. Plenipoten-
tia seu mandatum a mandante coram actis publicis alicui dabatur, &
in se complectebatur facultatem nomine ejus contractus ineundi, qui sive
ad bona immobilia vel summas pecuniarias referebant, vel etiam negotia
judicialia, aut omnia, aut unius alteriusve speciei tantum, coram

coram variis Tribunalibus gerendi — Plenipotentia itaque etiam in Polonia erat generalis & specialis: Mandatum quod ad bona immobilia se referebat, scripto erat exarandum, quoad omnia reliqua negotia etiam mandatum orale sufficiebat — In omnibus casibus, in quibus personalis recognitio requirebatur, Mandatarius simplex intercedere non potuit; quod in praxi non adeo stricte erat observatum. Mandatarius sub rigore poenae corporalis negotia sui committentis fideliter gerere tenebatur. (Const anni 1638 Vol II fol 936) & (Statut Litth Cap IV a. 59) —

Fidejussio

Est contractus, quo aliquis obligationem alterius sponte in se suscipit, et fide ac periculo suo se obligat. —

Quaeritur, num fidejussio semper pro qualibet obligatione intercedere potuit? Fidejussio locum habere non potuit 1º quando aliquis ludendo chartas v. taxillos debitum contraxit (Statut Casim M: 1568.) IIº quoad actiones criminales, quamvis in Polonia consuetudo invaluerit, quod de levioribus criminibus etiam fidejussio acceptabatur. In statuto Litthw: pro his personis nobilibus expressum fuit reservatum (Cap II a. 45.) — Contractus fidejussionis qui fere ad bona immobilia referebat coram actis publicis recognosci debuit. respectu aliarum obligationum fidejussio etiam extrajudicialiter contrahi potuit. De obligationibus fidejussoris in antiquis legibus polonis sequentia sancita habentur: "Debitore praefixo tempore non solvente, fidejussor a creditore in judicium citari potuit, eo tum fidejussor conventus ad debitorem principalem se convertere potuit, eumque in hunc finem dilationem petere, quam ipsi judex ad primos terminos concedere debuit, & hujus termini prorogatio tamdiu peti & impetrari potuit, quamdiu processus contra debitorem principalem non fuerit extirpatus, tamdiu quoque processus contra fidejussorem in suspenso manebat. Quodsi autem fidejussor intromissionem judicialem in bona debitoris obtinuerat principalis, tunc solebat creditori cedere illa bona seu potius illorum possessionem, & sic ab intentata se liberare actione. Si vero comparuit debitor principalis in judicio, tunc onus actionis suscipere in se tenebatur — sed si impar erat solvendo, fidejussor creditori satisfacere obligatus erat. In tali causa processu tamen, fidejussori omnes exceptiones competebant, quas debitor ipse obmovere potuisset, tamen istas exceptiones probare tenebatur.) uti jam in Statuto Casimiri M. sancitum habetur, in quo legitur: "Nicolaus Mathiae mutuavit 10 marcas, pro quibus Mathias Laurentium dedit fidejussorem, & post aliquos dies idem Mathias debitor ipsi Nicolao creditori, in absentia Laurentii fidejussoris eandem pecuniam persolvit, & quod debuit restituit: ~~[illegible]~~ Tempore vero perveniente, praedictus Nicolaus creditor Laurentium fidejussorem traxit pro dicta pecunia ad judicium, seu ad causam, & quia idem fidejussor in judicio asserebat praedictam pecuniam, per Mathiam, debitorem principalem persolutam fuisse, nos in tali casu decernimus, probandam talem solutionem etc." In jure Litthuanico Cap II a 54 de fidejussione sequentia statuta habentur: "Si aliquis fidejubat, aliquem statuere pro termino assignato & praefixo,

praefixo, & is quem statuere fidejussit, ante terminum praefixum mo-
-riatur, in tali casu, accepto testimonio a Magistratu illius loci in quo
fatis cesserat, de morte ipsius coram judice fidejussionis hoice testimo-
-nium demonstrare potuit, & tunc debebat ab onere fidejussionis per is-
tud judicium liberari. —
Similiter si ipse fidejussor moriatur heredes ejus ab obligatione fide-
jussionis debebant liberi manere, contrarium obtinuit, si ille, pro
pro quo fidejusserat, & ipse fidejussor post statutum terminum demum
fuissent demortui. —

De pactis Nuptialibus:

Variis illa substantia, quae filiae ad vota matrimonialia transeunti a
parentibus datur, dicitur dos & potissimum in pecunia parata consis-
tit. — Maritus cum uxore dotem medio intercisae pacti antenup-
tialis accipiens, obligabatur hoice pactum in actis publicis inscribere,
simulque dotem acceptam eandem super medietate substantiae suae & par-
ticulari aliquo bono assecurare. Assecuratio haec juxta leges polonas
vocatur Reformatio dotis (: Reforma posagu:) definitur reformatio;
quod sit inscriptio, qua mediante maritus summam dotalem ab uxore
aut ejus parentibus levatam, super medietate bonorum suorum aut
super bono aliquo particulari assecurat. Haec inscriptio tam essentialiter
requirebatur, ut praeter illam nulla alia probatio ad traditam dotem
valuerit): id patet ex Statuto Joannis Alberti de 1496 in quo legitur: "Con-
sidero convenienter consuetudinem non quidem communem, sed in certis locis
servatam pro dotibus foeminarum non inscriptis, quas dotes nonnulli
nonnulli petunt, post foeminae steriles jure expetebant, per testium
tantummodo probationem, nulla inscriptione, aliave Reformatione,
in actis habita, statuimus, quod eo modo dos quae non fuerit coram nobis
aut in libris seu actis inscripta, aliave juxta juris ordinem & antiquam
consuetudinem reformata nullius debet esse valoris & momenti. Quod
si dos a marito accepta non reformata periit, quia e.g. maritus do-
tem & integram substantiam dilapidavit, tunc uxor & ejus proles
jure gaudent, dotem altera vice a suis parentibus postulandi, &
demortuis parentibus a fratribus prouti dos a fratribus & parenti-
bus fuerit constituta. —
Natura bonorum reformationi dotis subjectorum haec est quod ejusmodi
bona per maritum nec onerari, nec resignari possunt, nec potest hanc
assecurationem maritus in alia bona transferre, nam hoc pro uxore
indifferens esse non poterat, quia exactio dotis difficilior, si in alio Pala-
tinatu bona sita, & sunt minoris pretii. Si vero pro circumstantiis ne-
cessarium esset ut dotis reformatio ad alia bona transferatur, id fieri
debet, cum consensu & uxoris & consanguineorum. — Quodsi maritus
nescia & invita uxore bona haec alienaret, tamen jura uxoris salva
& illaesa manent. Nec obligatur uxor ad debita mariti solvenda, nec
solutio ex bonis reformatione oneratis peti potuit, adeoque haec bona

bona a potioritate immunia erant.) Anno 1365 Casimirus M: statuit,
"si quis criminis accusatus malitiose ex regno aufugit, bona ejus immo-
"bilia cameræ regiæ adjiciuntur, mobilia inter regem & barones per me-
"dium dividantur, uxor vero in dotalitio suo remanebit & illud vendere
"poterit." Sigismundus 1523 statuit: "si quis in alio aliquo bono quidcunque
"juris decreto assequutus fuerit, in quo bono uxor ejusdem victi habuit
reformationem dotalitiam, talem reformationem volumus illæsam
manere. — (Si reformatio dotalis major erat, quam ipsa dos, aut si ma-
ritus uxori in exdotata certam summam pro reformatione assecuravit,
in utroque casu successores mariti non habent jus denegandi satisfactio-
nem viduæ, quia sicut simplex inscriptio summæ super bonis, ita et
reformatio dotis simplex esse debeat. — Solebat quandoque maritus uxori
suæ summam titulo simplicis debiti inscribere; in quo casu cum reli-
quis mariti successoribus acquirit jus ad substantiam maritalem ejus-
modi ita summa ad uxoris substantiam & relate ad proles dicitur substan-
tia materna. Si vero maritus uxori suæ summam doti æqualem
super bonis suis eum in finem inscripsit, ut uxor finito matrimonio
hanc summam una cum dote reformatorie assecuratas suam faciat
tunc inscriptio hæc dotalitium vocatur. Dotalitium ergo est inscriptio
summæ a marito facta, æqualis doti, quæ post mortem ejus, uxori est
exsolvenda. —

Quænam jura conjugibus stante vita & quæ juris post mortem unius
alteriusve in dotem & dotalitium competant?

1° stante vita conjugum maritus his bonis, in quibus dos & dotalitium
est inscripta, libere uti & frui poterat, sed ea alienandi, aut onerandi non
gaudebat jure nisi cum consensu uxoris et ejus amicorum. Si venditor
haberet uxorem, cujus reformatio extenderet ad bona vendita, tunc uxor
per maritum ad acta constitueretur, ut cum amicis saltem duobus consentiret.
Ita Const 1543 habet: "si quis venderet, obligaret, aut alio modo inscri-
beret, alienaretque bona sua & haberet uxorem, tunc tenebitur eandem
cum amicis ad renuntiationem dotis adducere, quæ adducta recognos-
cat, se inscriptioni sua dotali renuntiare, cum amicorum consensu.

Quid juris post mortem unius alteriusve conjugis?

a Si uxor praemortua erat, tunc ejus hæredes jus habebant, a marito
ejusque successoribus dotem in pecunia parata repetendi.

b) Si maritus praemortuus fuisset, pro tali casu disposuit Casimirus
M: quod uxor circa donationem & dotem debeat remanere.) Refe-
cit hanc ordinationem Vladislaus Jagello 1420 ad abolendam damnosam
consuetudinem, quæ hucusque inter subditos nostros solum ex communi usu
servabatur, quod uxor marito mortuo, in sede viduali remanens con-
tra quamdam antecessoris institutionem, quæ incipit verbis "Statuimus etc."
omnia bona possideat, propter quod nonnulla bona pueris, & proximio-
ribus per inadvertentiam & malam ipsorum procurationem annihila-
bantur & desiribantur unde talibus subvenire volentes statuimus de
cetero: quod uxor marito mortuo tantum dotem & dotalitium habeat

alia

habeat, alia vero bona in quibus dotem & dotalitium non habuerit, pueris v. proximioribus tenebitur resignare, – haec et bona dotem & dotalitium constituentia tanquam bona post uxoris superstitis mortem, ad ejus consanguineos v. legitimos heredes revertebant. Jam Stat. Casim: illi dicit: fora autem mortua ad liberos, si ipsos habuerit omnia predicta bona devolvuntur. – Et Alexander rex 1505 dicit statuit: defuncto existente marito mulier post eum morte derelicta, si possidebat usque ad ultima vitae suae tempora bona sibi per olim viventem maritum reformata, quandocunque mulier ista post mortem mariti sui, mortem obiret existens possessor reformationis suae, sic debebitur possessio bonorum reformatorum consanguineis, ut eam mulier vidua possidebat, quam possessionem statuimus absque juris strepitu constitutam duntaxat de jure reformationis, & de possessione per mulierem ad tempora vitae habitam dandam per loci Capitaneum his, quibus debetur dotis redditio – tamen mariti successores medio persolutionis summarum in his bonis reformatarum; quodsi maritus ante uxorem suam moritur & uxor ad dotalitatem [struck] a marito sibi inscriptam non haberet, attamen reformatio dotis seu dotalitium bona mariti maneant quod eorum uxor ejus habeat bona defuncti mariti reformatione onerata, tamdiu possidendi, donec a successoribus ejusdem satisfactum fuerit, ergo quidam innodo legalem hyppothecam in bonis mariti habuit. –

Quidnam tunc obtinuit, si uxor vidua ad secunda vota transierit?

Hanc quaestionem in Statuto Casimiriensi decisam invenimus ubi legitur: quod mulier habendo pueros, si alium virum receperit, aut alium recepere voluerit, decernimus quod quod ad eosdem pueros omnia bona paternalia integraliter, cum alia parte ipsos in divisione concernente bonorum quorumlibet materialium, in quibus cum rebus consistant aliqua contradictione devolvantur & cum alia residua bonorum suorum parte maritum accipiat juxta voluntatem suam.

Serius Comitiis ligis [?] disponit (1523) quod uxor ad secunda vota transiens dotem sibi vindicare potuit sed non possessionem bonorum reformatione sacratarum, dummodo heres illam recuperit summam ipsi persolvere voluerit, sed dotalitium omnino amittit, uti ex sequentibus vadit:

„Cum primum mulier sedem sibi vidualem per secundas nuptias violaverit, volumus, quod talis poterit citari ad judicium terrestre v. ad primam v. proximam positionem, & talis vidua citata in primo termino non comparens, poenam contumaciae luet, parti & judicio exluendam, – in II° vero termino tenebitur citata cum litteris suis informatoreis legitime comparere, ad tollendum pecunias a parte se redimente in litteris suis reformatoriis, per expressum contentas, & condescendere bonis illis redemtis, parti se redimenti, dando illi redemtori certos pro se fidejussores bene possessionatos nobiles in hunc modum, quod ea muliere mortua dotalitium ad possessores primi mariti devolvetur v. patri restituetur. Si vero talis mulier citata in II° termino non comparuerit, ex tunc judicium illud

illud dabit illi redimenti bona illa reformatoria in possessionem, & pecu-
nias ad redemtionem pertinentes, juxta inscriptionis reformatoriae continen-
tiam, in cancellaria terrestri conservabit, tamdiu, quousque ipsa domina do-
talitialis in judicium rursum veniens, certos pro se fidejussores super do-
talitio ejus ad propinquos primi mariti revertendo, modo supra scripto sta-
tuerit; avisando citatione sua litterali illum redemtorem, et evocando
eum ad hoc idem judicium ad levandum pecunias dotis, & dotalitii suorum
praedictorum; ad incipiendum a se praefatos fidejussores super dotalitio
suo praenominato post mortem suam revertendo. —
Quid juris si uxor nec dotem nec dotalitium a marito inscriptum habuit?
Si uxor nec dotem nec dotalitium a marito sibi inscriptum haberet, & si
virgo a marito fuerat accepta, non vidua; et certum ex antiqua consuetudine
post mortem mariti sui, sic dictum Crinille 3 id est: 30 marcas pro
Crinili aut vero possessionem bonorum ubi trium marcarum cent pro-
ventus, vel census petere potuit —
De cetero autem nec uxor post maritum nec maritus post uxorem haere-
ditabat, sed bona quaevis ad defuncti consanguineas, in linea sive descendente
sive ascendente, sive collaterali, secundum regulas supra expositas devolvebantur.
Saepe saepius tamen conjuges advitalitatem sibi mutuo conscribere solebant (de qua
serius.)
Uxor adhuc sic dicta paraphernalia sibi vindicare potuit; de hisce Sta-
tutum Casim: Mag: disponit: Statuimus quod marito mortuo, uxor circa do-
tem & donationem & qualibet paraphernalia, in pecuniis, gemmis lapidibus,
et vestibus superexstantibus et remanentibus, debeat remanere) — Susius
hancce ordinationem explicavit Wladislaus Jagello anno 1423 hisce verbis:
Licet etiam antiquitus per antecessores nostros, in capitulo quodam statutum sit,
quod marito mortuo, uxor donationem & dotem & qualibet paraphernalia
videlicet in gemmis argento, vestibus et pecuniis habeat & teneat, tamen
quia non modica damna per hoc ancessoris evenire solebant, quapropter de consi-
lio & consensu praelatorum & Baronum nostrorum omni modo statuimus, quod
uxor marito mortuo solummodo circa ~~bona~~ paraphernalia domestica re-
maneat, thesauro videlicet, pecuniis & argento, equis magnis cum omnibus
armis ac equiriis exceptis, quae omnia ad pueros devolvantur, declara-
mus insuper quod talis mulier circa omnia pecora & quaevis alia quae
in dote & dotalitio fuerint una cum equis vehicularibus, quibus sempe-
re mariti sui vehebatur remaneat, demtis vestibus & equis parvis in va-
lore 3 marcarum mariti defuncti, quae in aequalem sortem seu portio-
nem domina cum pueris cedere debebunt, & dividi cum effectu. —

Secundum jus Lithuanicum

Etiam secundum jus Lithuanicum foemina in matrimonium collocanda
a patre, vel a fratribus suis constitutionem dotis petere potuit, quae magis quam
in Polonia in arbitrio consistentis, posita fuit, ita ut non necessario semper
certam totius facultatis partem attingere debuisset. Etiam in Lithuania hu-
jus persoluta dotis reformatio in usu erat. Articulus I Cap V disponit: quod
incola magni Ducatus Lithuaniae cujuscunque status fuerit, filiam suam in
matrimonium elocando ante omnia a genero (Zięciu swoim) futuro ~~[illegible]~~ accipiat

a genere suo futuro accipiat documentum, manu ejus propria scriptum, et sigillo proprio, sigillisque virorum bonorum munitum, per quod scriptum, in tertia parte bonorum suorum immobilium, dotem acceptam in pecunia parata tum aurum, argentum, gemmas, lapides pretiosas taxando, alia autem mobilia utpote vestes muliebres et alium ornatum muliebrem, sic: lintea candida, equos, et alia similia, describat, et aliud scriptum cum cautione fidejussoria, quod coram actis id recognoscit — quibus scriptis sic datis is idem gener imprimis terminis terrestribus, coram judicio terrestri illius districtus, in quo bona ejus jacent, super quibus dos inscribenda, personaliter comparens recognoscat, ut in actis iisdem iisdem terrestribus connotari curet, nisi forte inter partem utramque conventum est, ut ejusmodi dotis inscriptio, coram judicio castrensi recognoscatur, quae conventio si taliter fuerit facta, pater vel mater aut proximiores consanguinei sponsae transferant ad judicia terrestria, et jam talis reformatio coram quocunque judicio valorem habebit. — Si aliquis antequam praedictum scriptum coram judicio terrestri vel castrensi recognoverat et ingrossari fecerat, de vita discessit, in tali casu ~~uxor~~ uxor vel consanguinei ejus, quam primum illud scriptum coram judicio terrestri aut castrensi praesentari tenebantur, et ad acta inscribi procurare; — quodsi liberi, aut proximiores consanguinei mariti tali inscripto non dederint fidem, tunc uxor amicos, qui sigilla sua apposuerunt coram judicio pro verificatione ejusdem inscripti statuere et ipsa uxor jurare tenebatur. — quodsi autem dicti testes, amici non fuerint superstites amplius, tunc sola uxor ad juramentum pro comprobatione admittebatur, quo facto dictum scriptum robur suum firmum habebat. Simili modo ut dos, etiam dotalitium in Lithuania uxori inscribebatur. Articulus II Cap V disponit: si aliquis uxori suae dotalitium inscribere voluerit, tunc tenetur omnia bona sua in taxam dare, et in tertia parte omnium bonorum illorum dotalitium illi conferi, tel. quodsi aliquis contra hanc ordinationem contrarium fecerit, et uxori suae dotem aut dotalitium ita inscripserit, tunc etiam id totum nullius erat valoris. — Articulus hic ita sonuit; Ideo pater, aut mater, aut frater, aut alii consanguinei, foemina nondum in Matrimonium elocata, videre debebant, an ejusmodi generi seu mariti tertia pars bonorum, sufficientem securitatem doti illatae praestare valeat; quodsi tertia pars bonorum doti illatae non correspondebat in tali casu pater, aut is, qui foeminam in matrimonium elocavit, debuit pro hac pecunia, quae respectu dotis conventa fuerit bona emere, eaque genero dare; gener autem tenebatur nihilominus de eo quod receperat summam aliquam in 3a parte bonorum suorum reformare. —
Si uxor reformatam habuerit dotem, tunc post mortem mariti sui possessionem tertiae partis bonorum petere potuit. Aliud quidquam obtinebat in hoc ultimo mox memorato casu, si nempe dos non in pecunia parata sed in bonis immobilibus consistebat, tunc illorum bonorum, quae pater aut mater aut frater, aut consanguineorum quidam emerat, et genero dederat, in simul habebat usumfructum ad vitae tempore mariti; post mortem vero ipsius uxor eadem tanquam propria possidebat, et tenebat, simul cum dotalitio suo, poteratque, de illis, tanquam de proprietate sua disponere. —
quod

quodsi uxor, nulla prius facta inscriptione ejusdem bonorum, marito suo v. alicuipiam, nec relicta prole moriatur, in tali casu haec bona debebant ad domum seu familiam ex qua processerunt. Si autem reliquerat prolem tunc tei bona eidem cedebant. —

quaeritur quid erat juris si nullam reformationem aut inscriptionem obtinuerat? —

quodsi pater, mater, v. proximior consanguineus, elocando virginem in matrimonium, inscriptionem, & reformationem praefatam, modo supra exposito a marito non obtinuerint, talis virgo elocata in matrimonium, post mortem mariti sui, ~~~~ impartationes dotis amisit, quamvis magnam summam impertafuit. Nihilominus ~~tamen~~ tenebantur pueri, v proximiores consanguinei mariti superstiti uxori pro Crinilli, dare triginta sexagenas grossorum, si ad secunda vota convolaret. — Quodsi ad secunda vota noluerit transire, tunc inter liberos & proximiores consanguineos, in bonis mariti tenebit & possidebit aequalem portionem usque ad vitae suae tempora. — Quodsi bona illius nobilis non valerent triginta sexagenas grossorum, tunc ex illis bonis debuit uxori quarta pars excindi, quam ad vitae suae tempora possidebat, licet ad secunda vota transierit. Si autem successores hanc quartam partem redimere voluerint, in tali casu haec quarta, juxta statutum p. officium taxari debuit; & post factam taxam medietas tantum, uxori superstiti dabatur. Si vero uxor ante maritum decesserit, tunc si nullum jus dotalitatis inscriptum erat, maritus superstes nihil sibi exposcere valuit.

Specialis dispositio occurrit in Statuto Litthuanico & quidem sequens: Si acciderit, quod aliquis homo, cujuscunque conditionis fuerit, nulla bona habendo duxerit uxorem aliquam, cum qua nil accepit; & postea utereque conjugum deo adjuvante acquisiverit e propria industria, aut inserviendo bona aliqua, & si maritus moriatur nulla facta dispositione, v p testamentum, v p inscriptionem, in tali casu uxori ejus ex bonis talibus tertia pars ($\frac{1}{3}$) & liberis cum tali uxore procreatis $\frac{2}{3}$ partes cedebantur; non extantibus autem liberis, omnia bona derelicta superstiti uxori cedebant. Quodsi uxor talis postea absque prole decesserit, nulla bonorum facta dispositione, tunc post mortem ejus medietas bonorum consanguineis mariti, & alia medietas, consanguineis uxoris cessit. Idem ipsum valebat, si uxor prius esset demortua quam maritus — ubi post mortem ejus bona derelicta, marito & liberis ejus omnino cedebant, & subsequuntur proximiores consanguinei, ita uti prius dictum habetur (Cap 5 art 21.)

Mulier nobilis post fata primi ~~mariti~~ ante decursum 6 mensium a tempore mortis mariti sui, sedem vidualem relinquere non potuit. Quodsi nihilominus fecerit, dotem a marito suo inscriptam amisit. Quodsi vero dotem inscriptam non habuerit, totum liberis defuncti mariti, & in defectu illorum consanguineis poenam 12 Rubl (Grossorum) persolvere tenebatur, postquam ab illis ad judicium terrestre citata & convicta fuerit (Cap 5 art 13)

Si autem vidua nobilis habens bona paterna aut materna, absque consensu amicorum proximorum, suorum consanguineorum, vero alicui plebejae conditionis nupserit, talis mulier omnibus bonis paternis ~~&~~ aut maternis privabatur, itaque bona, liberis primi mariti, aut proximioribus consanguineis ejus cedebant — persoluta ipsi (uxori) pro hisce bonis summa pecuniaria, non juxta taxam statuti, sed pro quolibet rustico subdito 10 sexagenis grossorum, & pro qualibet certa quavis terra 5 sexagenis grossorum, insuper dotalitium amisit, et liberi aut proximiores consanguinei non tenebantur dotalitium istud eidem reddere

extradere (: Cap 5 art 12:) —

Si aliqua vidua matrimonium contraxit, & a priori dotem reformatam sibi inscriptam habuit, eo tum a secundo marito dotalitium seu contradotem petere non potuit. — quodsi iste secundus maritus moriatur, relictis liberis suis, eo tum uxor cum liberis ejus aequalem portionem ex bonis obtinuit, & usumfructum ad vitae suae tempora habuit. — quodsi vero unus tantum liberorum remanserat, tunc ab isto puero, aut proximiori consanguineo tantum tertiam partem consequi potuit, in sede viduali remanens, & post mortem ejus etiam haec tertia pars ad proximiores consanguineos spectabat (: Cap 5 art 16:)

Porro articulo 10 Cap 5 disponit sequentia — si vidua matrimonium contrahens liberos mariti, ex priori uxore invenit, & cum hoc marito alios liberos habuit, tunc post mortem ejus (mariti nempe) cum utriusque liberis aequalem sibi portionem vindicare potuit. si autem liberos cum secundo suo marito non habuit, eo tum cum liberis mariti sui, ex priori uxore, aequalem portionem in bonis immobilibus habuit ad vitae sua tempora, imo si haec vidua in contrahendo matrimonio bonum quoddam intulerat, tunc hoc illi, vel post mortem ejus liberis ejus, aut proximioribus consanguineis reddi debuit, & si maritus huic uxori suae, quam viduam in matrimonium duxerat, & libera voluntate sua quidquam adferri [illegible], tunc penes hoc remanens uxor, non potuit insuper portionem illam aequalem cum liberis mariti sui petere. Liberi autem primi mariti poterant matrem suam, si ad secunda vota convolavit, ex illa tertia bonorum parte, in qua dotem inscriptam habuit eximere.

Secundum jus Magdeburgicum, statim post initum Matrimonium maritus acquirebat medietatem bonorum uxoris suae, & vice versa uxor quartam partem bonorum mariti sui, quae acquisitio ipso jure subintrabat. —

Secundum jus Culmense uxor medietatem bonorum mariti acquirebat. Hae dispositiones vero non ad mobilia, sed solummodo ad immobilia sese referebant, quae in civitate quadam sitae erant. —

Notandum hic venit plebiscitum urbis Leopolis quod longo tempore usu atque consuetudine introductum, a Casimiro III confirmatum extitit, vi cujus uxor post maritum, in tertia parte, maritus vero sterilis post uxorem in $\frac{2}{3}$ partibus succedebat. —

De Jure advitalitio

Jam supra vidimus, quod nec uxor post defunctum maritum, nec maritus post defunctam uxorem, juxta leges regni aliquid hereditaverat, quod tamen conjugibus liberum erat, sibi invicem usumfructum, vel advitalitium, super parte aut universa sua substantia inscribere, in quo casu heredes in capienda hereditate, tamdiu impediti erant, quamdiu conjux usufructu, aut advitalitio gaudens vivebat. Jus advitalitium est usufructus in bonis immobilibus & mobilibus, vel etiam in parte eorum, quem conjuges juxta formam statuti, [illegible] mutuo ea lege sibi inscribunt, ut uno conjuge moriente, superviviens [illegible] iisdem ad vitae tempora uti & frui possit. — Dici in hac definitione 1°) quod sit usufructus, & deinde superstiti conjugi in bona ipsa praemortui conjugis nullum jus competebat, sed nonnisi usufructus eorundem bonorum. 2°) in bonis immobilibus & mobilibus vel in parte eorum, etenim jus advitali-

jus advitalitium fundatur in pacto inter conjuges inito: ab eorum ergo arbi-
trio dependet, an omnia bona sua, vel vero nonnisi partem eorundem, & qui-
bus sub conditionibus sibi in usumfructum inscribere vellent.) (: Nonnulli qui-
dem putant, quod advitalitium fuerit totale, hoc est ad omnia bona sese referens;
et quidem hoc ex certa constitutione, ast in praxi contrarium etiam factum esse
constat:) —

3o juxta formam Statuti, quia forma inscriptionis juris advitalitii speciali
lege definita erat, nempe Const 1523 Vol I fol 326 — Jus advitalitium itaque
nonnisi per solennem inscriptionem coram actis publicis lege citata comprehen-
sam, constitui volunt. Omissio hujus, ad validitatem praescriptae solennitatis, nul-
litatem actus producebat, — in unico nonnisi casu, inscriptiones advitalitatis,
etiamsi non stricto juxta formam statuti factae validae erant; videlicet: si aliquis
inscriptioni adderet verba: "sicuti latius in forma statuti id descriptum est."
Ideo autem haec formula praescripta erat, ne conjuges sibi jus advitalitium in-
scribentes, tales conditiones inscriptioni apponant, quae essentiam juris advita-
litii mutarent; & successores defuncti conjugis nimis onerarent.
Exinde autem inferri non debet, inscribentes ad illam formulam adeo stricte obli-
gatos fuisse, ut si vel unum verbum defecisset, inscriptio nullitate laboraret:
In praecitata namque lege, clare edicitur; quod si etiam breviter in actis publi-
cis inscriberentur tamen valere debeant.) Formula ergo ideo tantum necessa-
ria erat, ut nihil adderetur, quod essentiae juris advitalitii repugnaret — Formu-
la haec juris advitalitii sequentis est tenoris: — „Comparens personaliter coram
„judicio nobilis N & N conjuges, sana mente & corpore existentes, & usi ani-
„corum consilio, publice, & in expressum recognoverunt, quia omnium bonorum
„suorum haereditariorum & obligatoriorum, mobilium & immobilium, quae
„nunc habent, & in postea habebunt; invicem & mutuo ~~inscripserunt~~ concesserunt sibi
„usumfructum ad vitae tempora, tali videlicet modo, quod si praefatum N
„prius, quam praedictam N mori contingat, ex tunc ipsa N bona omnia, tam
„mobilia quam immobilia praedicti N obtinebit & possidebit, cum omni jure
„dominio & proprietate, nihil excipiendo, illisque utifructur ad tempora dun-
„taxat vitae suae, post mortem vero praedictae N bona praefata tam mobilia
„quam immobilia, totaliter pleno jure, ad successores praedicti N devolventur
„sine quovis impedimento & contradictione, successorum praefatae N — Et simi-
„liter, si contingeret praefatam N prius mori quam praedictum N ex tunc prae-
„fatus N omnia bona tam mobilia quam immobilia praedictae N obtinebit
„& possidebit cum omni jure dominio, & proprietate, & omnibus eorundem
„bonorum pertinentiis, illisque utifructur, ad tempora vitae duntaxat suae, post
„mortem vero praedicti N, bona praefata, quaecunque ipsam N concernebant, ad
„successores totaliter devolventur, sine quovis impedimento & contradictione
„successorum praedicti N." —

4o Dicitur: quod sibi mutuo inscribant, quia inscriptio a marito uxori vel
per universa vel parte substantiae facta, absque inscriptione ab uxore marito
vicissim facta, effectu destituebatur, & per successores impugnari potuit.)

5o Dicitur: quod se tantum extendat ad illa bona, quae post mortem mariti rema-
nebant. Iniquum enim foret, si maritus sub praetextu relinquendi conjugi
superstiti usumfructum, in libera, de re sua disponendi facultate limitaretur,
aut impediretur. —

Origo juris advitalitii a juris scriptoribus polonis sequens proponitur: Primis

Primis reipublicae temporibus, ubi mutuus conjugum amor maximus erat, & summa parentum in liberos benevolentia, ubi patres plenam fiduciam in amore matrum erga proles suas collocabant, mariti, naturali suae obligationi relictae viduae de congrua sustentatione prospiciendi volentes, & scientes id liberis detrimento haud fore, solebant viduis sub titulo juris advitalitii, usumfructum omnium bonorum relictorum ad vitae tempora conjugis superstitis duraturum inscribere. Cum autem serioribus temporibus, corruptis jam moribus, relictis prolibus defuncti, pro viduis non satis prospectum fuerat, imo viduae ad secundas nuptias transeuntes, saepissime omnem maternum affectum erga proles e primo thoro procreatas a [illegible] recessissent, eisque congruam sustentationem haud praestitissent, legislatoribus necessarium visum fuerat, jus advitalitium legibus coarctare. Et huic specialis lex Ladislai Jagellonis 1420 Vol. I fol. 72, titulo "de uxore in sede viduali relicta", ubi hac lege consuetudo, vi cujus uxor a marito defuncto usumfructum omnium bonorum sibi inscriptum habebat abrogata extitit, simulque statutum, ut uxor marito mortuo, nil nisi dotem & dotalitium habeat. Lex haec Ladislai Jagellonis ita habet:

"Ad abolendam damnosam consuetudinem, quae hactenus inter incolas nostros solum ex communi usu observabatur, quod uxor marito mortuo, in sede viduali remanens omnia bona possidebat, propter quod nonnulla bona pueris & proximioribus, per inadvertentiam & malam ipsarum provisionem annihilabantur & desolabantur, unde talibus obviare volentes, statuimus: quod uxor marito mortuo tantum dotem & dotalitium habeat."

Quamquam igitur hac lege praedicta consuetudo, quae damnosa abrogata fuerit, tamen ex posterioribus legis dispositionibus, in specie ex Const. 1523 Vol. I fol. 326 titulo "De inscriptione", patet, quod istud jus advitalitii iterum introductum & approbatum extitit, & quam maxime invaluisset.

Quaeritur utrum advitalitium in bonis regalibus locum habuit?

Jus advitalitium in bonis regalibus locum non habuit, nisi 1o: uxori possessoris bonorum regalium advitalitas per expressum regis privilegium concessa fuerit, quod jus uxori serviens jus communicativum vocabatur. aut 2o: in privilegio mariti haec clausula expresse continetur: quod advitalitas etiam ad uxorem fructuarii extendat (Const. 1562 Vol. II fol. 616 titulo "O Dożywociu" —

Divisio Juris advitalitii

Jus advitalitii dividitur 1o) in totale & partiale, prouti nempe omnia bona mobilia & immobilia jura, vel pars tantum eorum, in usumfructum conjugis superstitis transferretur. 2o: in purum & conditionatum, prouti ususfructus vel absolute purus est id est, absque omni conditione in conjugem superstitem transferatur, vel vero si id tantum sub conditione fit, uti si conjuges sibi invicem advitalitatem inscribant [illegible] ea tamen adjecta conditione, ut si vidua ad secunda vota transierit, hoc jure advitalitio orbaretur. Atque etiam contra hanc divisionem objici poterit, quod omnes inscriptiones inconditionatae esse deberent — Refut: haec tantum de illis inscriptionibus valent, quae in perpetuum sunt valiturae, atqui de inscriptionibus quaestionis (advitalitii) hoc dici nequit, non enim durat advi-

adritalitium in perpetuum, multo minus & inscriptio ejus. – Ergo etc.
jus enim adritalitii tamdiu durat, quamdiu existit illa persona, cui usus-
fructus est concessus. Ergo temporaneum, non in perpetuum. –
Deinde autem, quod forma juris adritalitii speciali lege praescripta est, sequitur:
quod inscriptioni juris adritalitii duriores conditiones pro heredibus inseri ne-
queant, quam quae in forma inscriptionis continentur, quia jus adritalitii, suc-
cessores, ad dies vitae superstitis conjugis, usufructu bonorum relictorum privans
extensionem contra legem non patitur. – E contra vero tales conditiones, quae
legitimis successoribus favent, juri adritalitio omnino adjici possunt. – Ex posita
natura, atque origine juris adritalitii, differentia inter illud & alia pacta
dotalitia facile intelligi potest & quidem: differentia juris adritalitii in
eo sita est, quod in reformatione dotis tantum summa a marito in dotem accepta
hypothecatur, & in dotalitio tantummodo summa doti aequalis uxori
post mortem mariti exsolvenda inscribitur. – E contra vero jure adritalitio usus-
fructus ad vitae tempora conjugi superstiti conceditur. Dotis atque dotalitii
proprietas ad uxorem spectat, & ad ejus successores devolvitur. Adri-
talitium semper in usufructu consistit. Tum: dos & dotalitium in certa qua-
dam summa pecuniaria consistunt, adritalitium vero etiam usumfructum
bonorum comprehendit. –
Quaeritur, quid juris tribuat, adritalitium illi qui eodem gaudet, seu, quis
est effectus juris adritalitii?
Jus adritalitii, a die facta in actis proprii districtus, ubi bona adritalitio
obnoxia sita sunt, ingrossationis effectum suum nanciscitur. Quare si in-
scriptio juris adritalitii uxori facta, vivente marito in actis judicii proprii
districtus ablaquata fuit, tunc uxor statim post mortem mariti intro-
missionem petere potest. Si autem in actis alieni districtus jus adri-
talitium inscriptum adinvenitur, tunc illud prius ad acta proprii distric-
tus transferri debet, & quidem intra spatium 1 anni & 6 septimanarum
juxta regulas generales de intabulatione statutas.
Post factam intromissionem jure adritalitio gaudens, intra spatium ejusdem
temporis, in praesentia duarum consanguineorum, inventarium univer-
sae substantiae mobilis & immobilis, juri adritalitio obnoxiae conscribere,
inventarium scriptum in actis ablaquare, & adjurare obligabatur. –
Hoc inventarium ideo necessarium erat, quia post mortem conjugis
superstitis bona adritalitia ad priores successores devolvebantur; quo
tum in fundamento hujus inventarii inquiri debuit, an durante
adritalitio bona illa fuerint deteriorata vel meliorata. –
Jus adritalitii in se illimitatum, non solum ad bona stantia seu immo-
bilia, sed etiam ad summas pecuniarias & omnia mobilia se extendit;
ita quidem ut etiam summae pecuniariae in inscriptione expressae in
jure adritalitio comprehendantur in eo casu: si summae pecuniariae
expresse exceptae fuerint: Notandum tamen est, quod licet si inscriptio
juris adritalitii, super omnibus bonis habitis & habendis facta fuerit,
attamen: –
2º Successiones quae post mortem mariti demum ad ejus successores devol-
vebantur, vel illa bona, quae per maritum manuapta non fuere, veluti haere-
ditas marito mortuo, primum delata, sub inscriptione juris adritalitii

advitalitii, non comprehendantur. Si conjux defunctus ob praetensionem quandam intromissionem in bona creditoris sui acquisiverat, possessionem obligatoriam nactus fuerit, tunc haec possessio etiam ad conjugem superstitem transiit. Illa autem bona sui pertinebant, quae defunctus conjux cum tertio quodam communia habuit, nunquam nondum ex divisa, quam exdivisionem conjux superstes soluta societate cum priore, petere potest poluit, conjux advitalitate gaudens debita defuncti super bonis advitalitio obnoxiis hypothecata solvere, aut vero juri advitalitatis renuntiare debuit. Solutis vero debitis in jura creditorum pacificatorum intravit, illaque ad successores suos transmisit. –

Si uxor praeter reformationem dotis, dotalitii, vel aliam inscriptionem insuper jus advitalitii sibi inscriptum habuit, & maritus sine prolibus decessit, tunc vidua instantibus successoribus mariti inscribentis, tantum circa advitalitium, aut tantum circa reformationem dotis, aut aliam inscriptionem conservari poluit – adeoque uno cum altero se contentare debuit. Nonnulli vero scriptores (uti Zawadzki) opinantur, quod si advitalitas juxta formam statuti mutuo inscripta fuerat vidua una cum advitalitate etiam dos & dotalitium competant. Haec opinio autem magis fundata esse videtur, siquidem pro priore sententia, nullum ex constitutionibus regni induci potest argumentum. –

(Bona advitalitati obnoxia, cum solummodo usufructus, nequaquam vero proprietas illorum ad conjugem superstitem spectaverit, non poluerunt ab illo onerari, alienari, aut oppignorari, & de talibus laesionibus, conjux advitalitate gaudens successoribus alius conjugis responsabilis erat. Cum autem usufructuarius advitalitius fuerit verus dominus fructuum, proinde de fructibus libere & pro arbitrio disponere potuit, ideoque etiam non videtur usufructuario prohibitum fuisse usumfructum alteri concedere. Quaestio oriri potest: Utrum contra usufructuarium advitalitium rei vindicatio locum habuerit?)

(Cum usufructuarius advitalitius non sit proprietarius, sed nonnisi usufructuarius bonorum in advitalitatem inscriptorum, sequitur, quod non ipse, verum proprietarius horum bonorum reivindicatione ~~[illegible]~~ conveniri possit ac debeat. Si tamen usufructuarius advitalitatis ab aliquo actione rei vindicatoria conveniretur, tunc ei liberum est domino litem renuntiare, ab eoque evictionem petere, id est judicialem defensionem contra actionem rei vindicatoriam.)

Amittebatur jus advitalitii

1° Subsequuta morte,
2° Eveniente conditione, illa, quae juri advitalitatis fuit annexa
3° Fusioni bonorum abusu seu deterioratione. –)

Legibus polonis & etiam statuto Lithuanico expresse cavetur, quod bona juri advitalitio obnoxia, ab omni ruina & devastatione libera esse debuerint, ita quidem ut persona advitalitate gaudens nocte prodiga esset, vel bona devolaret, sive per neglectam vigilationem super subditis, sive per neglectam reparationem aedium, vel culturam agrorum, etiam propriis

propriis proles ad abusum advitalitatis matri objicere, & instare possint, ut ab advita-
litate removeatur. Denique notandum est, quod dominus advitalitatis etiam jure patrona-
tus gaudeat, quia leges polon. eidem jus hoc exercere nunquam vetabant, & praxis ec-
clesiastica approbat.

~~quarto~~: quaeritur: qualem influxum separationes & divortia conjugum habuerant in in-
scriptionem juris advitalitii, aliasve inscriptiones? —

distinguendum est inter separationem temporalem & separationem perpetuam seu divor-
tium:

1° Quoad separationem temporalem (seu separationem a mense & thoro) conjux seu
separata acquirit jus durante separatione stipulatos bonorum proventus perci-
piendi. Post mortem vero mariti intrat in omnia jura, quae eidem tante mu-
tua cohabitatione, a marito stipulata & assecurata erant, sive per inscriptionem
advitalitii, sive per alias inscriptiones, dummodo eas maritus post subsequutam se-
parationem officiose coram actis non revocaverit. Talis revocatione non intercedente
uxor sine consensu & assistentia mariti coram judicio agere non valebat. Itidem
non potuit bona sua dotalitia & successionalia alienare, distrahere, onerare, aut
contractus obligatorios inire.

Aliud quidquam valebat si conjuges post factam separationem coram judicio com-
paruerint, atque ibidem pacta nuptialia, inscriptiones de ipsis cassaverint, sicque
bona sua exdiviserint; in tali casu uxor separata a potestate mariti omnino
erat libera, ideoque etiam sine assistentia mariti in judicio comparere & de
bonis suis libere disponere potuit.)

II quoad divortium

Uxor divortiata post emanatum judicii decretum divortio locum dans, amittit
omnes praerogativas a marito divortiato ante divortium sibi assecuratas &
omnia jura ex advitalitate aliave inscriptione sibi servientia. Est acquirit
jus de substantia sua tam dotali quam successionali pro arbitrio disponendi.
Distinguendum tamen est, an conjuges divortiati habeant proles in matri-
monio procreatas vel secus — si non: si proles non habent, tunc omnes inscrip-
tiones inter illos factae annihilantur. Est maritus divortiatus obligatus uxori
divortiatae certam summam pro Crinilli, & si nulla bona dotalia aut successio-
nalia habuerit aliam summam titulo alimentorum assecurare. Post mortem ve-
ro unius alteriusve conjugis integra substantia ad proximiores eorundem consan-
guineos devolvitur. — Sin 2um) Si conjuges divortiatae proles in matrimonio
procreatas habent, tunc inscriptiones mutuae cessant quidem, certus tamen
proventus advitalitius uxori a marito competit, praecipue vero tunc, si ma-
ritus causa erat divortii.

Leges autem, quantitatem illius proventus advitalitii non definiebant, sed ejus
determinationem prudenti judicis arbitrio relinquerunt.)

Statutum vero lithuanicum disposuit, quod si uxor fuerit causa divortii, non
tantum dotalitium seu contradotem petere nequeat, verum etiam insuper etiam
dotem suam amittat. Si vero maritus divortium causaverit, tunc uxor non tan-
tum dotem suam, verum et insuper dotalitium petendi jure gaudeat. —

Quaeritur: quaenam erant judicia ad decisionem causarum matrimonialium
competentia?

Judicia, quibus decisio causarum matrimonialium competebat erant 1° consistoria

consistoria concernentis Dioeceseos, v. nuntiatus ad Episcopalis, v. speciale judicium ecclesiasticum a sede apostolica delegatum. Sed tale judicium solummodo de ipso divortio v. denegando v. concedendo, v. ad tempus solum permittendo, cognoscere debebant.
De illis autem juribus quae facultatem conjugum concernunt adeoq de controversiis intuitu patrimonii judicia secularia cognoscere poterant. — AB

De Decimis


In galicia nulla extat norma legalis, intuitu decimarum, sed speciales nonnisi in casibus obviis, nuper factis eo obtutu interrogationibus prodierunt dispositiones. Facile itaq casus emergere possunt nulla lege austriaca decisi, & si talis casus emergeret, ad antiquum jus polonicum recurrendum est.
Quaeritur, quae ergo erat decimarum origo?
Origo decimarum in Polonia eandem tangit Epocham, quam introductio Religionis Christianae nempe annum 965; Mieczislaus I orthodoxam filiam principis Bohemi Boleslai I Dambrowka, in matrimonium ducens ejus praecibus motus, Religionem Christianam amplectens, statim Episcopis decimas concessit; nullam equidem invenimus hac de re legem scriptam (nam tunc temporis nullae adhuc erant leges scriptae) attamen de eo ~~test~~ testantur antiquissimi Polonorum historici & in specie prae primis Cromerus, cujus testimonio eo majorem fidem tribuere debemus, dum ab omnibus subsequis historicis ad illud fuerit provocatum, illudq etiam in praefatione ad Volumen I receptum est.
Nonnisi Czacki hanc Cromeri relationem impugnavit eo, quod Cromerus ab aetate Mieczislai admodum remotus, testem omni exceptione majorem haud faciat; Nihilominus tamen hocce testimonium Cromeri magnam prae se fert verisimilitudinem, relicto praecipue eo, quod introductis Christianorum [illegible] etiam sustentationi Cleri prospiciebatur, & quidem modo, ceterum usitato. Jam vero ab initio seculi noni hocce in mundo Christiano viguit lex, quod Clero decimae debeantur, quicunq ergo religionem christianam amplexus est, eo ipso tacite huicce legi sese subjecit. Cromeri autem verba haec sunt: Mieczislaus totum se ad propagandam per universum principatum religionem convertit, basilicas in diversis locis ornatas invellectili, locupletatas censibus constituit, & in Dioeceses distributis Episcopis tribuit decimas omnium frugum de suis nobilitatis & plebejis agris, edictoq in perpetuum statuit, ut decimae post messem ab illis qui dant, illis quidem, dentur, ad locum constitutum conferrantur, inferioribus sacerdotibus, episcoporum sociis v. ministris, praelatis, canonicis, parochis sive plebanis, possessiones a principe & ab Episcopis locupletioribus decimae tribuantur. — Decimae itaq omnis sive Episcopis erant assignatae & ab iisdem inter reliquum Clerum distributae.
Dicit Cromerus inter alia: de suis nobilitatis & plebejis agris — quaeritur ergo an rex id jure facere potuerit?
De suis potuit decimas concedere, quia fuit dominus eorundem. Quod vero Mieczislaus etiam de nobilitatis agris decimas assignavit, partim ex consuetudine eotum vigente, ~~partim~~ vi cujus principis voluntas unica lex erat, partim vero ex eo declarari potest, quod eotum nullum fundorum dominium existebat, verum omnes fundi ad regem pertinebant — principi sunt cuncti, ut ait Cromerus tenimabant & metebant. —
Casimirus M. varia decreta intuitu decimarum promulgavit. Extat


Extat adhuc lex ejus de 1352 in originali, hodie adhuc in archivo Cathedralis Cracoviensis reperibilis, intuitu Dioeceseos Cracoviensis lata, in qua legitur: ~~Praecipimus~~ Praecipimus omnibus & singulis, terras, agros, praedia vel ~~coben~~, qualibet colentibus, ut decimas frugum suarum cujuslibet seminis, cannabis, lini, tempore messis, curribus suis ad horrea episcopi conducere, & comportare, temporibus perpetuis teneantur. —


Wladyslaw Jagello 1433 ordinavit, ut omnes, qui decimas retinerent, ac vel ideo excommunicarentur, si ultra annum hujusce poenae tempus dura-„ rent, omnibus suis tam mobilibus quam immobilibus bonis tamdiu pri-„ ventur, donec integrum ex hac retentione enatum damnum reparaverint.


Decima vel in manipulis vel in vim reluitionis in pecunia praestabatur, inde duplex, manipularis & pecuniaria. —

Permutatio decimae manipularis in pecuniariam fundabatur in Bulla Urbani VIII 1634, quae, dum multae & acerbae lites in Polonia ratione decimarum exortae sunt, prolata extitit. — Ut nempe hae lites componi possent, respublica Polona tempore Wladislai IV, misit ad Urbanum 8um legatos sub duce Gregorio Ossolinski, qui in illa famosa legatione illam Bullam ab Urbano 8o exoperatus est. Haecce Bulla (Breve) singulariter notandum est: in illo enim fundantur variae mutatio-„ nes ratione decimarum in Polonia & modus lites hos obtutu componendi: hoc Breve ita sonat: "Urbanus 8us ad Wladislaum IV Filium meum in Christo: Vester Wladislaus IV filius meus in Christo, dilectissimus Poloniae rex, ad me legatum dilectissimum Filium Gregorium de Tenczyn comitem Ossolin-„ ski misit, statuimus ut sequitur: Cum diversae lites inter nobiles & Ecclesiam ratione decimarum exortae sint, nos vero litibus ejusmodi, in quantum cum Domino possumus obvenire, consulimus, & ad preces legati nostri praedicti comitis Ossolinski, nomine Wladislai regis, fratribus nostris Ar-„ chiepiscopis, Episcopis, Canonicis, praelatis, praepositis ecclesiarum collegiatarum, abbatibus saecularibus & regularibus & parochis seu plebanis mandamus ut compositiones inter nobiles & ecclesiasticos ratione decimarum Episcopi & archiepiscopi approbent. Si vero amicabilis compositio non successisset, tunc si de Novalibus agitur (Neubrüchen:) assumptis duobus de Capitulo suo Ca-„ nonicis semper cognoscant, & si decimae annuae non plus quam 60 fl. efficiunt, nulla Appellatio locum habet. Si vero decimae hanc summam excedunt, tunc semel ad Metropolitam licet appellare, qui adscitis duobus Canonicis litem componat. Si Metropolita ipse est ordinarius, appellatio fit ad nun-„ tium apostolicum in Polonia residentem. Si vero primae instantiae sententia pro nulla declarata, aut restitutio in integrum concessa, tunc ab alio Episcopo quem nuntius designaverit, cum duobus Canonicis terminanda est. Si collisio decimarum ratione inter nobiles & Episco-„ pos oritur, res a Metropolita adscitis duobus Canonicis terminanda.











O Navis referent te in mare
Novi fluctus





ut cito dudum terminandae. Lites inter Nobiles & Metropolitanum et mutuum spectant. Haec ab omnibus inviolabiliter servanda, & quae fiunt contra Bullam pro nullis declarantur.

In fundamento hujus Bullae emanavit constitutio regni 1635 Vol III fol 858 cujus tenor sequens: Cum generalis compositio inter statum ecclesiasticum & equestrem in omnibus dioecesibus ex ratione inaequalitatis praediorum agrorum fundorumve fieri nequeat, statuimus, ut Episcopi in qualibet Dioecesi, compositiones ratione decimarum amicabili modo factas in perpetuum approbent.

II Si pars spiritualis in vult consentire nobiles ad Episcopum se convertant, qui cum duobus ex capitulo canonicis, nobilibus non obstante refragatione spiritualis, adeoque etiam contra ejus voluntatem, habito respectu dictationum & onerum, pauperum hominum, decimas manipulares in pecuniarias convertant.

III Ubi vero ex aliquibus agris maltrata dantur, ex iisdem decimas dare non debebit, & vice versa ex quibus decima datur maltrata non dabuntur, nisi alicubi in contrarium evidentes fundationum aut inscriptionum dispositiones fuerint productae. Maltrata est quantitas certa frumenti in grano, vicibus manipularium decimarum funguntur. Ita in Palatinatu Cracoviensi ex uno laneo (łan) 6 carethi (korcy) siliginis, totidem tritici & avenae dabantur.

IV Ubi ex quibusdam agris messalia loco decimarum dantur, penes eadem quoque permaneant — Messalia erat certa quantitas pecuniae, quae pro missae sacrificio solvebatur.

V Omnis processus puncto decimae pecuniariae ex ejusmodi transactione provenientis, spectat ad Judicium Castrense, praecisa omni appellatione.

VI Penes decimam vero manipularem persistentes cum suis controversiis ad judicium terrestre & ultro ad Tribunal relegantur.

VII Si ecclesiasticus tempore solutionis veniente pecuniam loco decimae manipularis ex transactione provenientem accipere recusat, nobilis eandem in judicio castrensi deponendo, obtentaque ab illo judicio quietantia ab omni impeditione liber erit.

VIII Ad evitandas in futurum omnes ejusmodi controversias, cuilibet liberum relinquitur has compositiones ad acta castrensia cujuscunque districtus exhibere. — Hac occasione oritur quaestio: Utrum jus decimarum secundum leges Poloniae sit jus reale, contra quemvis fundi possessorem efficax, etiamsi in actis publicis non fuerit inscriptum?

Ex praecedentibus jam scimus secundum leges Regni jus reale acquiri non potuisse, nisi in actis publicis fuerit inscriptum. Hoc tamen de jure decimarum nequaquam valebat — Jus decimarum cujuscunque generis fuerit semper bono immobili, quia onus reale etiam absque inscriptione inhaerebat. Multi scriptores illud ex lege divina derivarunt, quin imo obligatio decimas solvendi, obligationi tributa solvendi universaliter aequiparabatur, ideoque omnis ingrossationis juris decimarum tam raro occurrebat, cum tributa non inscribebantur

decimis praescripta constitutio cuilibet nonnisi liberum relinquitur, ex
plantationes ratione decimarum initas ad acta publica inscribi curare
9°) Cuilibet nobili libertas relinquitur, penes decimam manipularem
persistendi ad idque etiam successores suos obligandi. decimas
10°) Ubi vero decima manipularis retinetur ibidem persona ecclesiastica
secundum antiquam constitutionem ad tributa publica ratione tali
decimarum contribuere tenentur.
Quaer: Ex quibus agris decimae praestandae?
Quaestio haec nonnisi ex consuetudine vere decidi potest, & ita in non-
nullis palatinatibus, ut Dioecesi Krakoviensi tam de frugibus ver-
nalibus, quam hiemalibus, in aliis autem solum a vernalibus de-
cimae solvebantur
Notandum vero quod tota Lithuania hanc contributionem non nove-
rat. Nunc enim parochi, proventus ex fundis propriis, Ecclesiae, vel ex
capitalibus fundationum percipiunt
Respectu hujus quaestionis reperitur vestigium in Voluminis legum
I fol 97 titulo de decimis reperitur, ubi hoc principium statutum est,
„Ubi aratur in hortis vel campis ibi decimae plenariae debentur
excepto raris caulibus rapisque, & aliis his similia id quae plantan-
tur in hortis linaniando, – ex iisdem non debentur decimae — adsi hujus
principium nequaquam in legibus Poloniae fundatur. Etenim deprom-
tum ex laudo inter Casimirum regem & Episcopum Cracoviensem,
Bodzanty, ac sigillatum per Wladislaum Bogoria (Vogenida), quo
arbitrium ex utraque parte constitutum, & ex decreto per eundem Epis-
copum Bodzanty, quasi in praesentia regis Casimiri, & illo consentien-
te pronuntiato, quae duo momenta quasi sub tempus conventus genera-
lis in Junio 1369 Cracoviae celebrati data, & subsequis temporibus Volu-
minibus legum Tom I fol 97 sub annum 1433 inserta, nequaquam
valorem legis habent, imo vitio falsi laborant, quod ex sequentibus pa-
tet. Alexander rex qui circa finem seculi 15ti habenas in serius lucem
pit, & anno 1507 e vivis cessit, Joanni Łaski Cancellario suo & postea
episcopo Gnesnensi praecommisit quatenus dispersas leges regni commo-
dius collectarum in unum Volumen colligat. Is vero mandatis re-
gis & anno 1505 collectionem hanc Joannes Laski in executionem
deducit eidem fol. 53 illud Laudum Jaroslai & decretum Bodzante
sub titulo arbitratio Jaroslai Episcopi Gnesnensis & quidem in in-
ter leges Casimiri magni anno 1369 sed per errorem chronologicum
inter actus Wladislai Jagellonis 1433 inseruit & hoc summum opus
anno 1506 typis mandari & Cracoviae ipsius publici fieri fecit. Sed
dubio caret quod status regni nec 1506 nec etiam posterius huic
operi Laskiano vim & authoritatem legis ~~tribuerunt~~ dederit, & per con-
sequens illud aliter considerari non potest, nisi tanquam compendium
privatum; imo ex declaratione ipsius Lasky quae operi impressae

... recte adjecta cernitur, videre & collectionem hanc nec esse per-
fectam, neque illius sacram. Leges autem posteriores sub successoribus
Alexandro Sigismundo I latas opus Laskianum pro absoluto &
perfecto non recepisse constat ex eo, quod plurimis & status regni
nominatis comitionibus novis reductis commendata ~~est~~ fuerit.
et illa post bina vertentiora secula constanter tentata executioni mandata fuit. Saeculo
18o recenter elapso Piaristae Varsovienses hoc erroneum opus Laski absque
omni criterio in sua Volumina legum transtulerunt & ad ~~errores~~ errores
Laski proprios adjecere. Ast hoc Piaristarum opus usui forensi appli-
cari consuetum, etiam privatum est, & in tantum valet, in quantum cohae-
ret cum illis legibus quae aliter publicis inserta habentur. Qua Exposi-
tione ex datis historicis praemissa, falsitas absoluti momenti quae-
stionis, nimirum Laudi Archiepiscopalis, & decreti episcopalis
sequentibus evincitur:
1o Leges in Polonia ferebantur in comitiis generalibus, rege, sena-
tu & nobilitate in communi consultationibus, earumve sententiis
in unum convenientibus. Hae leges ad acta publica protenus
inducebantur & a tempore sub methodo tali publicationis vim obli-
gandi obtinebant. Haec omnia circa praefata documenta, jam ex
eorundem natura (indole) nec observata fuere, nec observari
potuere: nam: IIo ~~ubi~~ ut illa Archiepiscopi & Episcopi decreta
per Casimirum Magnum, & Ladislaum Jagellonem approbata erant,
de eo tam Lascius quam Volumina legum silent. Est quidem ante illa
introductio quaedam Casimiri M: sed in eadem de decretis quaestionis
nulla fit mentio, sed potius de legibus & statutis quae sub hoc rege fer-
ri debuerant — De cetero confirmationes hujus generis, juxta ren-
certam horum seculorum formam quae in aliis privilegiis, Volumi-
nibus inserta, facile cerni potest, id finem adjici solebant. Hae vero
in monumentis quaestionis protinus non reperitur. III illud iam &
contrarium omnibus principiis administrationis politicae videtur,
quatenus rex summam imperii sui tangentibus, cum privato, qua-
lis fuit Episcopus Cracoviensis in Archiepiscopum Gnesnensem
pariter privatum, ac regiae potestati subjectum compromittat
conventiones ratione decimarum, quae inter privatos & Ecclesiam,
& ad jura privatorum pertinent rex Casimirus — nec voluit nec
potuit agere advocatum agere privatorum, & consequenter Laudum
hoc extraordinarium, nec pro decreto, partes privatas obligante
considerari potest. — IV Deest ~~[illegible]~~ submissio Casimiri regis, quo in ob-
jecto Jaroslaus Archiepiscopus Gnesnensis pro judice & arbitro electus
aequali potestate vestitus fuit. — In contextu vero Laudi ~~[illegible]~~ legi-
tur, regem Casimirum solum, non vero nomine incolarum judicio
compromissoriali se subjecisse. Si ergo hoc Laudum pro vim obli-
gandi habente consideretur, non ultra tamen extendi potest

potest, quam ad bona regalia, quae pro tunc per regem Casimirum possidebantur, non vero ad bona privatorum. V. Laudum hoc caret formalitatibus [illegible] maliteliber, saeculo illo observari solitis, videlicet sigillo archiepiscopi & testibus, in quorum praesentia conditum fuit; ad extremum authorizatione notarii publici, quali omnia hujus saeculi instrumenta insigniri solebant. — VI Quod si hoc laudum per Casimirum aut Jagellonem acceptatum & confirmatum est, non modo sigillo regio muniri, sed more prisco, hujus saeculi, per manus Cancellarii tradi debuisset, quod omnia in monumento de quo agitur plane deficiunt. VII Lex anni hoc longe post saeculum Casimiri est erectum esse, ineptiam ejus auctoris abunde probat; dicit enim editum fuisse sub tempus comitiorum 1369 celebratorum, sed hoc anno rex Casimirus nulla comitia celebravit, testantibus annalibus regiis & testante ipso Lascio qui hoc anno nullas a Casimiro constitutas suo volumini inseruit. —)

Adhuc magis absurdum & vitiosum in hoc instrumento est, quod auctor asserit Jaroslaum Archiepiscopum Gnesnensem, jam tum primatiali dignitate & Eminentia cohonestatum fuisset, cum tamen certum est, tanti modo primum anno 1418 per Nicolaum Archiepiscopum Gnesnensem a Concilio Constantiensi impetratam, & primum in Poloniam introductam fuisse. Inter leges a Casimiro M. conditas semper fit mentio de Archiepiscopo, unus autem in Polonia fuit sedem Gnesnensem occupans, quin tamen adjecta sit dignitas primatialis utpote eatenus non existens. — VIII Decretum Episcopi Cracoviensis Bodzanty laudo Jaroslai annexum, jam vel ideo omni authoritate destitutum, quia Episcopus propria in causa judicem agere non potuit. Auctor instrumenti hujus etiam hic gravem commiserat errorem chronologicum, omnibus omnium annalium exemplaribus, unanimiter consentientibus & lapide sepulchrali totum in Ecclesia Cracoviensi sarcofagum Joannis Bodzanty tegente, teste, Episcopus hic anno 1366 e vivis cessit, consequenter instrumentum de quo agitur 1369 amplius condere nequiverat.

Ex supra expositis considerationibus nullum amplius restat dubium, laudum & decretum quaestionis, in Voluminibus legum per privatos auctores incompetenter & inserta, vim legis nisi pro Dioecesi Cracoviensi habuisse, eam vero ad exoticas Russicas lex hoc se extendere non potuit, partim quia melioriam est in Ecclesia graeca originali decimas in usu haud fuisse; partim quia maxima pars Galiciae, dioecesis nempe Leopoliensis & Przemysliensis, quarum fideles Ecclesiae ritus graeci inducuntur in schismate usque ad finem saeculi 16ti permanserunt.

[illegible] fuerunt

3. quaeritur: utrum in agris novalibus decimae praestandae sint?
Juxta Bullam Leonis X etiam ex his decimae solvendae sunt, tempore liberationis et a decimis lapso; quoad tempus in diversis palatinatibus diversum erat. In novis vero coloniis decimae episcopo cedunt. In Polonia vero titulo decimarum, vas frugum dabatur. —
An vero ex agris quibusdam decimae debeantur, vel secus, evincitur ex praescriptione, scriptis, et litteris fundationum. Cum vero haec documenta, ex decimae illa ante 1411 conditae propter continua bella, et turbulentas Tartarorum in Poloniam invasiones, nec non frequentes ob incendia devastationes aedificiorum ex mero ligno extructorum, perierunt, medio Constitut. 1635 Vol. III fol. 899 etiam libris beneficiorum plena vis probandi, contra nobiles bonorum possessores, attamen nonnisi respectu fundorum ecclesiae et decimarum concessa est; quae ita sonat: „Libri beneficiorum spirituales non amplius probare poterunt adversus bona nobilium, quam solum ecclesiae fundos, et decimas", — Sub hisce libris intelliguntur proprie libri beneficiorum stricte tales, et tum libri beneficiorum retaxationum. Priores continent descriptionem proventuum omnium ecclesiarum in quavis dioecesi, cui Nicolaus V Pontifex ansam dedit, dum Casimiro IV anno 1448 decimam partem proventuum ecclesiasticorum in defensionem contra Turcas et Tartaros impendendam concesserat, quem in finem hi libri beneficiorum conficiebantur. — Libri retaxationum vero sunt illae bonorum ecclesiasticorum detaxationes, quae a spiritualibus et saecularibus commissariis confectae et a clero adjunctae exhibentur, quod factum est 1527 postquam ad petitionem Sigismundi I clerici spondent ad contributionem sua ex parte, fine tegendarum expensarum, cum continuis bellis conjunctarum, et redimendorum captivorum, consensum suum dederunt. — Denique quaeritur
Quale sit forum competens in causis decimarum?
(Quaerendum hic ex libris non potuit derivari)
Quoad competentiam fori notandum est: quod ut generatim, ita etiam in Polonia ~~[illegible]~~ ecclesia antiqua sibi jus vindicabat de causis decimarum judicandi, quippe quae divini juris esse censebantur. Ortis denique controversiis statutum erat Const. 1635 ut causae decimarum pecuniariae in judicio castrensi, manipularia vero a judicio terrestri judicentur. Serius tamen placuit statibus reipublicae, omnes processus puncto decimarum agendos judicio terrestri adscribere, appellatione ad Tribunal reservata. Haec appellatio vero Constitutione 1784 sublata, et decisio omnium harum causarum judicio castrensi et terrestri, praecisa omni appellatione delata exstitit. Constit. anni 1768 praescribit, quod si persona ad judicium terrestre pertinens, ipsa ius processum de decimis haberet, iste in proximo judicio terrestri decidendus est. Qui vis denique, qui in [illegible] nibus causis ad judicium spirituale appellare ausus fuerit, ~~[illegible]~~ incurrebat in poenam 1000 marcarum. Hae tamen dispositiones

6. dispositione in peculiari privi... non dispositionem ... reducendi
tollitur, cum novissimas ex his legibus expresse dicat, ... Bulla lib.
ni 8vi confirmabat, hac vero clare proscribit, quod partes compositionem
exoptantes, & cum tractoribus non contentas, rem suam ad judicium spiritu-
ale deferendam habeant. —

De Praescriptione

In capite de Dominio quidam etiam mentio facta est praescriptionis, sed tantum quoad jura realia, hic etiam de personalibus agemus.

Tempus praescriptionis a 3 diebus ad 60 annos extenditur 3 die — 60 ann

1° Praescriptio 3 dierum obest mulieri non agenti ob indemnitatem sui violatorem corporis sui intra 3 dies

2°) 14 dierum (2 hebdomad.) obest illi qui rem suam excommodavit alteri & commodatarius eandem laesit, aut deterioravit — fundamentum hujus Praescriptionis statut Carinus Mag. (Vid Commodati contractum)

3°) Praescrip. 1 anni — a) Domino subditum suum intra h. tempus non vindicanti — b) Praescrip 1 anni & 6 hebdom: quivis de actu illicito quodam, aut criminali convenitur (reus) fieri potest, ita ut post hocce tempus non amplius coram judicio castrensi ad poenam — sed nonnisi coram judicio Sedis (civilis) ad indemnitatem praestandam attrahi potest, id quod magni erat momenti; nam in judicio civili alia probatio, alius procedendi modus erat... c) Inscriptiones quaecunque ad acta non propria recognita, post hocce temporis spatium vim suam amittebant, si non erant ad propria translatae (Const 1496 & 1505). d) omnes fidejussiones cautiones & evictiones expirabant (const Sig. 1540) e) Similiter processus incaminatus, si intra tempus unius anni non continuatus erat annihilatus, idest annos progressus ni se nefors jam incepti pro nullis & invalidis declarabantur (Const. 1505) Haec praescriptio generatim praescriptio annalis vocatur:

4) Praescriptio triennalis absolvebatur spatio 3 annorum & 3 mensium obstat talis: a) privilegio quodam donatto (non utenti) juxta axioma: Non usus tollit privilegium, b) illi, cujus bonum alter quidam per hocce tempus pacifice possidebat — c) fratribus, si divisiones bonorum p. 3 annos & 3 dies invalidare petent (Const 1768 sublatum est, & statutum e, ut divisio ab omnibus fratribus rite facta numquam impugnari possit — d) Virginibus extraditionem dotis a testatore petendam habentibus — e) Jure vincentibus ratione perlucrorum, & marcatoribus ratione praetensionum harum intra tempus non inactionatarum (sed nullarum in regestris adnotatae extensione)

5°) Praescriptio 6 annorum privat viduam hereditate ad ipsam devoluta - Mulier maritata 10 annos in tali casu gaudebat

6° Decem annis elapsis Clericus non amplius proventus Ecclesiasticos restantes vindicare poterit.

7°) 20 annos monialibus dotem non petentibus obstat

8°) 30 annos 1°) usufructuarius obligatorius se defendere ...

... erat ... ex proprietatis ... quovis ... et saltem quovis 10° anno contractum non renovavit — et contractum pignoratitium obligatorium debitor tamen a creditore repetere nequiverat, quum tamen hoc juri ditionum est, hinc serius est sublatum —

9°) 60 annorum praescriptio, contra Ecclesiam ratione bonorum bona fide possessorum —

Secundum Statutum Lithuanicum sequentes erant species Praescriptionis

1°) e bono expulsus, si contra expellentem actionem poenalem in Judicio Castrensi intra 10 hebdomadas non instituerit, amplius in hoc Judicio non audietur, & ratione indemnitatis praestandae coram Judicio civili agere poterat

2°) ratione furti, praedae, incendii aliarumve injuriarum, actio ... expulsione, actio intra 3 annos instituenda debebat —

3°) Dominium bonorum immobilium, tunc perierat intra spatium 10 annorum non vindicata, porro actiones de suffocatione molendinarum inundatione agrorum, elevatione fossorum, intra idem tempus non exhibita. tandem dos pro uxorem a patre intra idem spatium non impetrata — extinguebant

Generalis regula est non valenti agere non currit praescriptio, hinc generalia impedimenta praescriptionis erant

Tempore belli, intestinae perturbationis, pestis & interregni (a morte prioris regis, usque ad annum post electionem)

Specialia impedimenta praescriptionis erant:

1° Minorennitas, 2° captivitas —

Quoad certas causas & res praescriptio omnino non dabatur:

1° quoad decreta arbitri, quibus se quis subjecerat

2°) quoad bona regia —

3° quoad bona, in quibus inscripta erat ... bona eximendi (quod consanguinei mariti habuerunt)

4° quoad bona obligatoria — ..

W Krożach dnia 7° w Lutym 1841

... Trochę — niedoka... czy ... wszystko wiedzieć ... Nie ...

Czy uwierzysz zawsze stronny
Mój Szczerdziuchu ulubiony,
Że te czucia, co w mej piersi
Wzdętej żalów – pełnej śmierci!
[illegible] sercem jeszcze poruszają
Tylko do Ciebie uwierzają? 11

Któryś Achraniej...
Czy uwierzysz niewzajemny
Jednak zawsze mi przyjemny

Z Brzeska, 26. 1. 79.

Wielmożny Panie
Radco Dobrodzieju!

Pragnąłem zrobić sobie tę przyjemność, ażeby jako dawny-że tak powiem-uczeń, a obecnie jeden ze stanu, który WPanu opiekę zawdzięcza, złożyć osobiście pierwszą większą próbę pracy literackiej, dążącej do złączenia nauki z praktyką ku pożytkowi instytucyi, której szczytne zadanie tém

więcej pojmuję, im dłużej
w jej służbie pracuję.

Nie mogąc tak rychło
dla chwilowego cierpienia
życzenia mojego zrealizo-
wać, muszę poprzestać
na niniejszym liście; pro-
szę o przyjęcie łaskawe
mojej pracy i zachowanie
mię w łaskawej pamięci.

Z głębokim szacunkiem i wy-
sokiem poważaniem

WPana Radcy
powolny sługa

Madeyski

Dr. Stanisław Madeyski
notaryus 1875

